Abu'lbecá Mohammed Ben Abd-el-berr Cofti Sobki Shafiita, anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuus — *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolackckin*, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, cujus commentarius, cui similis ad archetypum non compositus est, duo volumina magnae molis continet. Idem emendationem (*Tes'hik*) libri *Háwi* volumine comprehensam emisit — *Behá-ed-dín Ahmed Ben Ali Ibn-elsobki* Shafiita, anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) defunctus, qui fragmentum longum incepit, nec tamen absolvit — *Sheikh Fakhr-ed-dín Ahmed Ben-elhasan Jarperdi* Shafiita, anno 746 5 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus, cujus commentarius amplus, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo necessaria sua existentia unico etc., *Háwi* inscriptus et ipse non ad finem adductus est — *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Muhmúd Tehtáni Rázi*, anno 766 (inc. 28. Sept. 1364) mortuus, [cujus commentarius], ad quem *Táj-ed-dín Ali Ben Abdallah Tebrízi*, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus, glossas edidit, [imperfectus remansit] — *Othmán Ben Abd-el-melik Kurdi Misri* Shafiita, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus — *Mohammed Ben Ali Ben Málík Irbili* Shafiita, anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuus — *Sheref-ed-dín Hibatallah Ben Abd-el-rehím Ben-elbárizi Hamawi* Shafiita, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) 10 mortuus, cujus commentarius *Miftáh El-Háwi* inscriptus est. Idem expositionis *Taudhík El-Háwi* inscriptae et alius libri in *Háwi*, *Teisir el-fetáwi fí tahrír El-Háwi* appellati, auctor est, in quo se quaestiones operis *Háwi* commemorasse

- واوضحه ببسط عبارته المشككة وتفصيل الفاظه المجللة فيكون كالشرح ألا أنه غير ممتاز عن
 المتن اوله الحمد لله المقدس عن الاضداد الخ والظاهر أن المراد بتوضيح الحاوي التيسير
 المذكور والله اعلم وشرح السيد ركن الدين حسن بن محمد الاسترابادى الشافعى المتوفى
 سنة ٧١٧ وشرح القاضى شهاب الدين احمد بن [عبد الله بن] اسمعيل بن الحسين الشافعى
 المتوفى سنة ٨١٦ وشرح شهاب الدين احمد بن عبد الله الغزى العامرى الشافعى المتوفى 5
 سنة ٨٣٣ [وهو في اربعة اسفار] وشرح القاضى زين الدين زكريا بن محمد الانصارى المتوفى
 سنة ٩٣١ وسماه بياجة الحاوي وتصحيح للحاوي لشهاب الدين احمد بن محمد بن صاحب
 المتوفى سنة ٧٨٨ وعلى الحاوي اعتراضات للمقرئ اجاب عنها ابو بكر بن محمد السيوطى
 المتوفى سنة ٨٥٥ وتصحيح الحاوي ايضا للشيخ شهاب الدين احمد بن حسين بن حسن بن
 ارسلان الرملى القدسى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٣ وعلى الحاوي نكت للقاضى جلال الدين عبد 10
 الرحمن بن عمر البلقينى الشافعى المتوفى سنة ٨٣٤ ومختصر الحاوي لشرف الدين اسمعيل بن

narrat, idque copiosa ejus dictionis difficilis expositione et clara verborum summam cogitationum exprimentium illustratione circumscripsit, unde commentario similis evasit, nisi quod textus et commentarius minime inter se separati sunt. Incipit ita: Laus Deo, qui nimis sanctus est, quam ut sui similes habeat etc., et apparet, sub *Taudhîh El-Hâwi* intelligi *El-Teisir* modo laudatum, at Deus omnium scientissimus est — Seyyid *Rokn-ed-din Hasan Ben Mohammed Asterâbâdi* Shafiita, anno 717 (inc. 16. Mart. 1317) mortuus — Cádhi *Shehâb-ed-din Ahmed Ben [Abdallah Ben]* 5 *Ismâil Ben-elhosbâni* Shafiita, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus — *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Abdallah Ghazzi Amiri* Shafiita, anno 822 (inc. 28. Jan. 1419) mortuus, [cujus commentarius quatuor tomos explet] — Cádhi *Zein-ed-din Zakariya Ben Mohammed Ansâri*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, cujus commentarius *Behjet El-Hâwi* inscriptus est — et denique recognitio diligens operis *Hâwi* laudatur a *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben-elsâhib*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo, curata. *Mocri* vero plura contra *El-Hâwi* edidit, quae *Abu Bekr Ben Mohammed Soyûti*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, confutare studuit. Aliam recognitionem Sheikh *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Hosein Ben Hasan Ben* 10 *Arslan Ramli Codsî* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, curavit, et Cádhi *Jelâl-ed-din Abd-el-rahman Ben Omar Bolckeini* Shafiita, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus, plura ingeniose in *Hâwi* observavit. Epitomen ejus *Irshâd* inscriptam et cum commentariis in litera *Elif* laudatam *Sheref-ed-din Ismâil Ben*

أبي بكر بن المقرئ اليمني المتوفى سنة ٨٣٦ وسمّاه الإرشاد وقد سبق مع شرحه وختصره أيضا لشهاب الدين أحمد بن حمدان الأندلسي المتوفى سنة ٧٨٣ وللحاوي منظومات منها نظم الملك المؤيد اسمعيل بن علي الأيوبي المعروف بصاحب حمّاه المتوفى سنة ٧٣٣ وشرح هذا النظم للقاضي شرف الدين هبة الله بن عبد الرحيم بن البارزي الحموي المتوفى سنة ٧٣٨ ونظم زين الدين علي بن حسين بن [قاسم بن] الشيخ عويّنة الموصلي الشافعي المتوفى سنة ٧٥٥ ونظم زين الدين عمر بن مظفر ابن الوردى الشافعي المتوفى سنة ٧٤٩ وسمّاه بيجة الوردية وهي خمسة آلاف بيت أولها قال الفقير عمر بن الوردى الحمد لله أتمّ الحمد الخ ولها شرح منها شرح الشيخ شهاب الدين أحمد بن الحسين [بن أرسلان] الرملي الشافعي المتوفى سنة ٨٤٤ كتب قطعة منه ولم يكمله وشرح الفاضل أبي زرعة أحمد بن عبد الرحيم العراقي المتوفى سنة ٨٤٩ أوله أما بعد حمد الله على آلائه الخ وشرح القاضي زكريا بن محمد الانصاري المتوفى سنة ٩١٩ وسمّاه الغرر البيّنة وله حاشية على شرح أبي زرعة

Abi Bekr Ben-elmocri Yemeni, anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) mortuus, edidit, itemque *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Hamdán Adzrei*, anno 783 (inc. 28. Mart. 1381) mortuus. Plures *Háwi* metrice exararunt, ut *El-Metik El-Mowayyed Ismail Ben Ali Eyyúbi*, vulgo *Sáhib Hamát* (dynasta Hamatensis) dictus et anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, cujus carmen Cádhi *Sheref-ed-dín Hibatallah Ben Abd-el-rehim Ben-elbárizi Hamawi*, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus, commentatus est — deinde *Zein-ed-dín Ali Ben Hosein Ben [Cásim Ben-] elsheikh Oweina Mausili* 5 Shafiita, anno 755 (inc. 26. Jan. 1354) mortuus — *Zein-ed-dín Omar Ben Mothaffer Ibn-elwerdi* Shafiita, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, qui poemata e quinque millibus versuum compositum et ita incipiens: Dicit pauper Omar Ibn-elwerdi: Laudetur Deus perfectissima laude etc., *El-Behjet El-Werdiyeh* inscripsit. Plures id commentati sunt, ut Sheikh *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben-elhosein [Ben Arslan] Ramli* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, qui fragmentum ejus conscripsit et rem imperfectam reliquit — bene meritis *Abu Zor'á Ahmed Ben Abd-el-rehim* 10 *Irácki*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus pro ejus beneficiis etc. — Cádhi *Zakariya Ben Mohammed Ansári*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, cujus commentarius *El-Ghorer El-Behiyet* inscriptus est. Idem scholia ad commentarium *Abu Zor'ae*

وحاشية عليه ايضا للقاضى يحيى بن المناوى وقد جردھا سبطه زين العابدين عبد الرؤف المتوفى سنة احدى وثلاثين بعد الالف ومن شروح البيهجة شرح عماد الدين اسمعيل بن ابراهيم بن شرف القدسى الشافعى المتوفى سنة ٥٥٢ هـ وهو فى مجلدين ثمّ ابتداً فى شرح آخر اطول منه وشرح ناصر الدين الطبرادى الشافعى المصرى المتوفى سنة ٤٣٨٠ حاوى القدسى فى الفروع للقاضى جمال الدين احمد بن محمد بن نوح القابسى الغزنوى الحنفى المتوفى 5 فى حدود سنة ٩٠٠ ذكره ابن الشحنة فى هوامش الجواهر المصيبة قال وانما قيل فيه القدسى لانه صنفه فى القدس نقلته من خط تلميذه حسن بن على النحوى انتهى ثمّ رأيت فى ظهير نسخة منه ان مصنفه الشيخ الامام محمد الغزنوى والد اعلم اوله الحمد لله الذى حدانا لدين الاسلام الخ وجعله على ثلاثة اقسام قسم فى اصول الدين وقسم فى اصول الفقه وقسم فى الفروع واكثر فيها من ذكر الفروع المهمة فى كرايس يسيرة ٤٣٨١ الحكارى الكبير فى 10 الفروع للقاضى ابي الحسن على بن محمد الماوردى البصرى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٠

edidit, quod et Cádhi *Yahya Ben-elmonáwi* fecit, cujus scholia *Zein-el-abidin Abdelrawuf* ejus nepos, anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) mortuus, de marginibus extraxit. — Commentarios denique in opus *El-Behjet* scripserunt *Imád-ed-din Ismail Ben Ibrahim Ben Sheref Codsí* Shafiita, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, cujus commentarius duo volumina complectitur. Postea alium commentarium illo longiorem incepit — et *Násir-ed-din Tebláwi Misri* Shafiita, anno ... mortuus. — 4380. Háwi El-Codsí, 5 conquisitor Hierosolymitanus de articulis juris derivatis, auctore Cádhi *Jemál-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Nuh Cúbisi Ghaznewi* Hanefita, circa annum 600 (inc. 10. Sept. 1203) mortuo. *Ibn-elshehne*, qui librum in Glossis ad *Jewáhir Modhiyet* laudat, eum Hierosolymitanum appellari dicit, quod Hierosolymis compositus sit, seque hoc tradere ex iis, quae discipulus ejus manu sua notaverit. Haec ille. Deinde salva meliore Dei scientia in parte libri aversa Sheikh et Imám *Mohammed Ghaznewi* ejus auctorem esse vidi. Incipit ita: Laus Deo, qui nos ad religionem Islamicam ducit etc., et in tres partes divisus est, quarum prima de principiis religionis agit, secunda de 10 principiis juris, tertia de partibus juris derivatis. Copiose ibi in paucis foliorum decadibus profert et examinat quaestiones de partibus juris derivatis graviores. — 4381. El-Háwi El-Kebír, conquisitor magnus de partibus juris derivatis, auctore Cádhi *Abu'ltasan Ali Ben Mohammed Máwerdi Basri* Shafiita, anno 450 (inc.

وهو كتاب عظيم في عشر مجلدات ويقال أنه ثلاثون مجلداً لم يوّلف مثله في المذهب
 4382 حارى المختصرات في العمل بربع المقنطرات لمحمد بن محمد سبط الماردينى المصرى
 الموقّت بجامع الازهر 4383 حارى مسائل الوقعات والمنية وما تركه في تدوينه من
 المسائل الفقيية وزاد فيه من الفتاوى لتتيمم الغنية للشيخ [ابى الرجا نجم الدين] الامام
 5 مختار بن محمود الزاهدى [الغزيمى] للحنفى المتوفى سنة 408 وهو مجلد اوله الحمد لله
 الذى اوضح معالم العلوم الخ ذكر فيه منية الفقهاء وانه استصفى منها لبابها وبدل ما وقع
 فيها من لسان الخوارزم الى العربية ورقم اسامى الكتب والمفتين باول حروفها وذكرها على
 ترتيب الحروف اولاً 4384 الحارى فى الفروع لنجم الدين ابى [شجاع ابى] الفضائل بكبرى
 التركى للحنفى المتوفى سنة 408 4385 حارى فى علم التداوى لنجم الدين محمود بن الشيخ
 10 صانّ الدين الياس الشيرازى مجلد اوله الحمد لله الواحد الماجد الخ رتبته على خمس

28. Febr. 1058) mortuo. Magnus liber decem sive, ut alii statuunt, triginta voluminum, cui similis in disciplina Shafitica non congestus est. — 4382. Háwi el-mukhtasarát, conquisitor compendiorum de operationibus cum quadrante circulatorum ad horizontem parallelorum, auctore *Mohammed Ben Mohammed Misri Maridiní* prognato, publicae precationis praecone ad aedem cathedralem *Azhar*. — 4383. Háwi mesáil El-Wáckiát we El-Munyet, conquisitor quaestionum operum juridicorum *Wáckiát et Munyet* et quaestionum juridicarum, quas in hoc componendo auctor omisit, easque responsis jurisconsultorum auxit ad opus *Ghunyet* complendum, auctore Sheikh et Imám [Abu'lrejá *Nejm-ed-din*] *Mokhtár Ben Mahmúd Záhidí* [Ghizminí] 5 Hanefita, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo qui signa doctrinarum illustravit etc. Laudat ibi *Munyet el-focahá* seque meliora selegisse dicit ibi obvia, et quae dialecto khowaresmica legantur, mutasse in arabicam. Nomina librorum et Muftiorum literis, a quibus incipiunt, notat, eaque primus ad ordinem alphabeticum recensuit. — 4384. El-Háwi fi el-forú', conquisitor de partibus juris derivatis, auctore *Nejm-ed-din Abu* [Shojá' et Abu] 'Ifedhául *Bekburs* Turca Hanefita, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. — 4385. Háwi fi ilm el-tedáwi, conquisitor de arte sibi ipsi medicinam faciendi, auctore *Nejm-ed-din* 10 *Mahmúd Ben-elsheikh Sáin-ed-din Ilyás Shirázi*. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo unico gloria et honore conspicuo etc., et in quinque dissertationes divisum est,

- مقالات آ في العلل ٢ في الحميات ٣ في علل الاعضاء الظاهرة ٤ في الادوية المفردة ٥ في الادوية المركبة ٦ ٣٨٦ حاوى في الطب محمد بن زكريا الرازى المتوفى سنة [٣١١] قال صاحب كامل الصناعة ذكر فيه ما يحتاج اليه من حفظ الصحة ومداواة الامراض ولم يغفل في ذكر شىء الا انه لم يستقصى شرح شىء مما يحتاج اليه الطبيب من تدبير الامراض والعلل ثم ان رشيد الدين ابا سعيد بن يعقوب المسيحي القديسى المتوفى سنة ٦٤١ علق عليه تعاليق 5 واختصره الدخوار ٦٣٨٧ حاوى في النحو لاني نزار حسن بن صافي المعروف بملك النحاة المتوفى سنة ٥١٨ ٦٣٨٨ حاوى في الفروع لاني القاسم بن عبد النور البرزلي المالكي ٦٣٨٩ الحاوى لجميع المعاني وهو اسم البسيط والوسيط والوجيز للواحدى ٦٣٩٠ الحاوى لتفتاوى مجتهد للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اورد فيه اثنيين وثمانين رسائل من مهمات التفتاوى التى اثنى بنا ورتب على الابواب اوله 10

quarum prima de infirmitatibus, secunda de febribus, tertia de infirmitatibus membrorum exteriorum, quarta de remediis simplicibus, quinta de remediis compositis agit. — 4336. Háwi fi el-tibb, conquisitor de medicina, auctore *Mohammed Ben Zakariya Rázi*, anno [311 (inc. 21. Apr. 923)] mortuo. Auctor libri *Kámil el-sináat: Ibi*, ait, ea commemorat, quae ad conservandam sanitatem et morbos curandos necessaria sunt, nec ulla in parte quidquam neglexit, nisi quod explicationem partis eorum, quae medico ad regendos morbos et infirmitates necessaria sunt, omnino non 5 ad finem adduxit. Serius *Reshíd-ed-dín Abu Said Ben Yacúb Meshi Codsí*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuus, adnotatione levior illi explicuit, et *Dekhwár* in epitomen coegit. — 4387. Háwi fi el-nahw, conquisitor grammaticus, auctore *Abu Nizár Hasan Ben Sáfi*, vulgo Rex grammaticorum (*Melik el-nohá*) dicto et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. — 4388. Háwi fi el-forú', conquisitor de partibus juris secundariis, auctore *Abu'l-cásim Ben Abd-el-núr Burzulí* Malíkita. — 4389. El-Háwi li jemí' el-meáni, liber omnes sententias complectens. Titulus est operum *Besít*, *Wesít* et *Wejíz* a *Wáhidi* editorum. — 4390. El-Háwi lil-fetáwi, compilerator responsorum juridicorum. Volumen, in quo Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 10 4. Jun. 1505) mortuus, octoginta duos profert tractatus responsorum juridicorum graviorum, quae iudicio suo interposito reddidit. Opus in capita dispositum est

- الحمد لله جامع الاشتات الخ ٤٣٩١ حاوى فى الحساب لشهاب الدين احمد بن الهاتم
 [المصرى القدسى المتوفى سنة ٨٨٧] ونظمه احمد بن صدقة الصديقى المتوفى سنة ٥٥
 ٤٣٩٢ الحائز للعون الناجز مختصر فى التسخير والاستخدام للشيوخ عبد الخالق بن ابي القاسم
 المصرى اوله سبحان من بطن بذاته الخ رتب على مقالات بعدة الافلاك ٤٣٩٣ حبانك فى
 5 اخبار الملائكة رسالة للشيوخ السيوطى المذكور اولها اما بعد حمد الله جاعل الملائكة
 الخ استوعب فيه ما وردت به الاحاديث والآثار ٤٣٩٤ التحيل المتين فى الاذكار والادعية
 المأثورة عن سيد المرسلين صلعم لاني الوقت عبد الملك بن على الصديقى المكي والد علان
 القزوينى المحدث المتوفى سنة رتب على سبعة فصول آ فى الدعاء ومقدماته ٢ فى الاسم
 الاعظم ٣ فى اوقات مخصوصة ٤ فى اوقات معينة ٥ فى الادعية ٦ فى فضائل القراءة
 10 ٧ فى فضل الصلوة على النبي صلعم ثم لخصه فى جزء ٤٣٩٥ التحيل الوثيق

et ita incipit: Laus Deo dispersa colligenti etc. — 4391. Háwi fi el-hisáb, compiler arithmeticus, auctore *Sheháb-ed-din Ahmed Ben-elháim* [*Misri Codsi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuo]. Metrice illum exaravit *Ahmed Ben Sadaca Sadicki*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuus. — 4392. El-Háiz lil-aun el-nájiz, apparatus auxilii praesentis, auctore Sheikh *Abd-el-khálic Ben Abílcásim Misri*. Compendium de genis ad servitudinem et ministerium adigendis, quod ita incipit: Laudatus sit, qui cum essentia sua latet etc., et in sectiones distributum est ad numerum orbium coelestium. — 4393. Habáik fi akhbár el-meláik, tractus 5 stellarum de historia angelorum. Tractatus, qui Sheikh *Soyúti* supra laudatum auctorem habet et ita incipit: Praemissis praemittendis. Laus Deo angelorum creatori etc. Omnia prorsus, quae traditiones propheticae et sociorum dicta afferunt illuc spectantia, colligere hic studuit. — 4394. El-Habl El-Metín, funis densus de laudationibus Dei et precibus, quae a summo legatorum principe auctore, cui Deus propitius sit, repetuntur, auctore *Abu'lwaact Abd-el-melik Ben Ali Sadicki Mekki* Traditionario *Alláni Cazwini* patre, anno ... mortuo. Opus septem sectiones habet, quarum prima precationem eaque quae de illa praemonenda sunt, secunda nomen divinum maximum, tertia tempora ad eam specialiter accommodata, quarta tempora in universum constituta, quinta preces ipsas, sexta merita recitationis, septima merita precationis super prophetam faciendae tractat. Serius potiora ejus 10 in fasciculo singulari excerpta edidit. — 4395. El-Habl El-Wethíc, funis firmus

في نصره الصديق رسالة للجلال السيوطي علقها على سورة الليل وأوردتها في حوايه
 ٤٣٦١ حبيب السير في اخبار افراد البشر فارسي لغيات الدين بن همام الدين المدعو بخواند
 امير وهو تاريخ كبير لخصه من تاريخ والده المستمى بروضة الصفاء وزاد عليه الفه بالتماس
 خواجه حبيب الله من اعيان دولة [شاه] اسمعيل بن حيدر الصفوي سنة سبع وعشرين
 وتسعمائة ذكر فيه انه شرع اولاً بالتماس امير محمد الحسيني امير خراسان ولما قتل ونصب 5
 مكانه دورمش خان من قبل شاه اسمعيل استمر على تأليفه الى ان اتمه واحداه اليه والى
 حبيب الله المذكور وذلك بعد ما كتب تاريخه المستمى بخلاصة الاخبار ورتب هذا الكتاب
 المستمى بحبيب السير على افتتاح وثلاث مجلدات واختتام الافتتاح في اول الخلف والمجلد الاول
 في الانبياء والحكماء وملوك الاوائل وسيرة نبينا صلعم والخلفاء الراشدين والمجلد الثاني في الائمة
 الاثني عشر وبنى امية وبنى العباس ومن ملك في عصر هؤلاء والمجلد الثالث في خواقين الترك 10
 وجنكيز واولاده وطبقات الملوك في عصرهم وتيمور واولاده وظهور انصفوية ونبذة يسيرة من

de victoria *Abu Bekri veracis*. Tractatus, quem *Jelâl-ed-din Soyûti* ad Suratam
 „Noctis“ festinantius compilavit et totum operi *Hâwi* inseruit. — 4396. *Habîb*
el-siyer, amicus vitarum de historia incomparabilium inter homines. Historia
 magna a *Ghiyâth-ed-din Ben Hemmâm-ed-din*, *Khund-emîr* cognominato, persice
 scripta, quam ex historia patris sui *Raudhat el-sefâ* appellata anno 927 (inc.
 12. Dec. 1520) petente Khoja *Habîb allah* viro in aula *Dewletshâhi Ismail Ben*
 5 *Heider Sefewi* principe excerpisit et additamentis auxit. Primum se ibi dicit opus
 aggressum esse auctore *Mohammed Hoseini* Emiro Khorásanae, et cum huic interfecto
Durmishkhân jussu *Shâhi Ismail* substitutus esset, in libro componendo perseverasse,
 donec eum absolveret. Obtulit eum principi illi et *Habîballah* laudato, postquam
 historiam suam titulo *Khilâsat el-akhbâr* insignitam scripsit. Hoc nostrum opus
Habîb el-siyer in introductionem, tria volumina et conclusionem disposuit. Introductio
 de initio agit creationis, volumen primum de prophetis, sapientibus, regibus eorum,
 qui olim vixerunt, prophetae nostrae vita et Khalifis quatuor legitimis, volumen
 0 secundum de duodecim Imamis, Omayyadis, Abbasidis et de principibus eorum
 tempore regnantibus, volumen tertium de Khacanis Turcarum, *Jinkishkhâno* ejusque
 prole, de ordinibus regum eodem tempore viventium, de *Timûro* ejusque filiis, de
 primis dynastiae Sofidarum initiis, et breviter de gente Othmanica, conclusio denique

ذكر آل عثمان والاختتام في عجائب الاقاليم ونوادر الوقائع وهو في ثلث مجلدات كبار من الكتب الممتعة المعتبرة الا انه طال في وصف ابن حيدر كما هو مقتضى حال عصره وهو معذور فيه تجاوز الله تعالى عنه ٤٣٩٧ لث على طلب الولد لعلي بن نجيب [بن عثمان] البغدادي المتوفى سنة ٦٧٤ ٤٣٩٨ الحجة والحجاب لمحمد بن محمد بن التعاويذي المتوفى سنة ٤٣٩٩ حجة الابرار لدفع الاغيار ٤٤٠٠ حجة العارفين ٤٤٠١ حجة الكلام لايضاح محجة الاسلام لغيات الدين منصور بن مير صدر الدين محمد ٤٤٠٢ حجة السماع للشيخ امعيل ابن محمد الانقروبي المولوي المتوفى سنة ١٠٤٣ ذكر فيه انه لما بلغ عصره الى السنة المذكورة ظير خلف من اهل الظاهر وازاد به الشيخ المعروف بقاضي زاده نطقف ان ينكر سماعنا لِحَاء بعض الاخوان برسالة منسوبة الى الشيخ احمد الغزالي فوجدها شاملة على دلائل لكنيا محشوة بالزوائد فحذفها واصلحها فصارت مختصرة مفيدة ولحجة السماع تأييدا فجعل

de rebus climatum mirabilibus et eventis singularibus agit. E tribus constat voluminibus magnis, et in libris fructuosis et pretiosis numeratur, nisi quod auctor in describenda *Ibn Heideri* vita, ut status temporis postulavit, nimis longus, at ea de caussa excusandus est. Deus crimen ei condonet! — 4397. El-Hathth ala taleb el-weled, excitatio ad filium quaerendum, auctore *Ali Ben Anjeb* [*Ben Othmán*] *Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 4398. El-Hajebet we El-Hijáb, janitores et janitoris munus, auctore *Mohammed Ben Mohammed Ben-elteúwidzi*, anno ... mortuo. — 4399. Hojjet el-ebrár, argumentum piorum 5 ad repellendos aemulos. — 4400. Hojjet el-arifín, argumentum sanctae vitae studiosorum. — 4401. Hojjet el-kelám, argumentum theologiae scholasticae ad viam Islami rectam illustrandam, auctore *Ghiyáth-ed-din Mansúr Ben Mir Sadr-ed-din Mohammed*. — 4402. Hojjet el-simá', argumentum musicae religiosae, auctore Sheikh *Ismáil Ben Mohammed Anckirewi Meulewi*, anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo. Cum, inquit, ad annum seculi nostri laudatum pervenissemus, inter viae exterioris asseclas pestis nata est. Sheikh enim *Cádhi-zadeh*, quem intelligit, musicam nostram religiosam reprobare coeperat. Quo facto fratrum quidam tractatum vulgo Sheikh *Ahmed Ghazáli* tributum attulit, quem argumentis plenum invenit, attamen additamentis superfluis refertum. Haec et removet et emendavit, ut compendium 10 utile inde prodiret et musicae probationi adminiculum accederet. Suo opere illud

- تكملة لبنا وكان الاصلاح في سنة سبع وعشرين بعد الالف ورتب على ثلاثة ابواب واول التكملة الحمد لله الذي اسع العباد في الميثاق الاول الخ ٤٤٠٣ للحجة الصغيرة نعيسى بن ابان عن محمد بن الحسن ذكر الخوارزمي في مسند ابى حنيفة عن الضميرى باسناده الى المأمون انه جمع في عصره كتاب في الاحاديث ووضع بين يديه وقالوا ان احباب ابى حنيفة هم الذين مقدمون عندك لا يعملون بنا في قننة طويلة الى ان صنّف عيسى هذا الكتاب 5
- ويبين فيه وجوه الاخبار وما يجب قبوله وما يجب تأويله وما يجب العمل بالمتضادين ويبين فيه حجج ابى حنيفة فلما قرأه المأمون ترحم على ابى حنيفة ٤٤٠٤ للحجة النبيرة في بيان الطريقة النبيرة للشيخ عمر الخلوئي الحنفى المنقشبندى خليفة الشيخ عبد المؤمن البسنوي ألفه سنة ست وعشرين بعد الالف وهو مختصر في التصوف اوله الحمد لله حمدا ذاته الخ
- ٤٤٠٥ للحجة الواخنة في ان البسملة ليست من الفاتحة للقاضي ابى العباس [احمد] بن ابراهيم 10
- السروجي الحنفى المتوفى سنة ٧٠٠ ٤٤٠٦ للحجة والبرهان على فتیان هذا الزمان لادريس بن

- perfectum reddi voluit, recognitionemque *Tekmilet* appellatam, quam anno 1027 (inc. 19. Dec. 1617) aggressus est, in tria capita distribuit. Incipit ita: Laus Deo, qui cultores in primo foedere auditores esse voluit etc. — 4403. El-Hojjet El-Saghiret, probatio parva, auctore *Isa Ben Aban*, ut *Mohammed Ben-elhasan* tradit. *Khwarezmi* vero in *Mosnad Abu Hanifae*, teste *Dhamiri*, qui ad *Mamun* provocat, hujus tempore librum narrat collectum esse de traditionibus coramque eo depositum.
- 5 Quapropter fuerunt, qui dicerent: Asseclae *Abu Hanifae* apud te in honore sunt, nec tamen illis traditionibus convenienter agunt, et quae sunt hujus historiae longae cetera, donec *Isa* hunc librum componeret, in quo varia traditionum genera, et quod recipiendum, quod allegorice interpretandum et cui convenienter agendum esset, ita tamen ut de hac actione contraria statuerent, argumentaque *Abu Hanifae* exposuit. Quo lecto *Mamun*: Deus, exclamavit, erga *Abu Hanifa* clemens et misericors sit! — 4404. El-Hojjet El-Neyyiret, probatio clara de explicatione viae lucentis. Compendium hoc de Sufismo, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualem essentia ejus etc., Sheikh *Omar Khalweti* Hanefita ordini *Nackishbendiorum* adscriptus, Sheikh *Abd-el-mumin Bosnewi* successor, anno 1026 (inc. 30. Dec. 1617)
- 10 composuit. — 4405. El-Hojjet El-Wadhihat, argumentatio clara, primam Suratam verbis „Nomine Dei“ carere, auctore *Cadhi Abu'labbas [Ahmed] Ben Ibrahim Soruji* Hanefita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 4406. El-Hojjet we El-Borhan, probatio et argumentum contra seculi juvenes, auctore *Idris Ben*

عبد الله التركماني لحنفى قدر كراس حرم فيه السماع وشدد ٢٢٠٧ للحجة في سرقات ابن حجة
 لشمس الدين [محمد بن حسن] النواجي [المتوفى سنة ٨٥١] حجرة بعد اختصاصه وزاد في
 التحامل عليه ٢٢٠٨ للحجة في بيان الحجة للشيخ الامام ابى القاسم اسمعيل بن [محمد بن
 الفضل بن] الاصفهاني المتوفى سنة ٥٣٥ وهو مجلد كثير الفصول والابواب جمع فيه دلائل التوحيد
 5 وعقائد اهل السنة وفي شرح الاربين لمولانا اللارى كتاب الحجة لتارك الحجة يتضمن ذكر
 اصول الدين على قواعد اهل الحديث والسنة قال وهو للشيخ ابى الفتح نصر بن ابراهيم
 الشافى الفقيه الراشد نزيل دمشق وافصح بعض الشارحين انه للحافظ ابى القاسم اسمعيل بن
 محمد بن الفضل الاصفهاني وهو خطأ انتهى ٢٢٠٩ للحجة في شرح كتاب القرآء السبعة لابن
 مجاهد يأتى في الكاف ٢٢١٠ للحجة للامام الشافى وهو مجلد ضخمة اتفه بالعراق وانا
 10 اطلق القديم في مذهبه يراى به هذا التصنيف قاله الاسنوى في الميقات ويطلق على ما

Abdallah Turkemani Hanefita. Tractatus decem foliorum, in quo musicam illicitam esse statuit et hanc sententiam fortiter et strenue defendit. — 4407. El-Hojjet fi saracát Ibn Hojjet, probatio de furtis *Ibn Hojjeti*, auctore *Shems-ed-din [Mohammed Ben Hasan] Newáji*, [anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuo]. Reliquit illum, postquam peculiarem sibi habuit amicum, et nimio partium studio in eum latus est. — 4408. El-Hojjet fi beyán el-mehajjet, probatio de demonstranda via fidei recta, auctore Sheikh et Imám *Abulcásim Ismail Ben [Mohammed Ben-elfadhil Ben]-elisfaháni*, anno 535- [inc. 17. Aug. 1140] mortuo. Volumen e multis sectionibus et capitibus compositum, in quo argumenta fidei in unum Deum et articulos sectae Mohammedicae symbolicos collegit. Commentarius quadraginta traditionum, 5 quem Molla noster *Lári* edidit, librum probationis continet ei scriptum, qui rectam fidei viam deserit, et principia religionis complectitur secundum decreta traditionariorum primaria. Eum Sheikho *Abu'fat'h Nasr Ben Ibrahim* Shafitae jurisconsulto pio et abstemio, Damasci inquilino, attribuit, commentatorum vero alius quidam diserte, sed perperam, dicit, Háfitz *Abulcásim Ismail Ben Mohammed Ben-elfadhil Isfaháni* ejus auctorem esse. — Haec ille. — 4409. El-Hojjet, probatio. Commentarius libri lectorum Coranicorum septem ab *Ibn Mojáhid* editi, de quo litera *Káf* videatur. — 4410. El-Hojjet, probatio. Volumen magnae molis, quod Imám *Sháfi* in Iraca composuit, et quando inter ejus asseclas in universum de libro vetere sermo est, 10 hoc significatur opus, ut *Esnewi* in *Mohimmát* testatur; itemque *Hojjet* in universum

- افتي به هناك ايضا وذكر ابن حجر في مناقب الشافعي أنه قال اجتمع على اصحاب الحديث
 فسألوني أن اضع على كتاب ابي حنيفة فقلت لا اعرف قولهم حتى انظر في كتبهم فامرت فكتب
 لي كتب محمد بن الحسن فنظرت فيها سنة حتى حفظتها ثم وضعت انكتاب البغدادي يعنى
 الحجة ٤٤١١ الحجاج الاكبر قصيدة عظيمة للشيخ محبي الدين ابن عربي ٤٤١٢ الحجاج
 المبينة في التفصيل بين مكة والمدينة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي 5
 المتوفى سنة ٩١١ ٤٤١٣ الحجاج لبشر بن غياث الميرسي الحنفى [المتوفى سنة ٢١١] وهو
 احسن من كتاب المرفى وحجج عيسى بن ابان ادق علما واحسن ترتيبا من كتاب المرفى
 ٤٤١٤ الحجاج لعلاء بن صدقة ٤٤١٥ حدائق الاحاديث في علم الاوثان ٤٤١٦ حدائق
 احاديث الازهار ومصابيح انوار الانوار ل محمد بن ابراهيم بن الحنبلى الحلبى [المتوفى سنة ١٧١]
 ٤٤١٧ حدائق الآداب في اللغة لعبيد الله بن محمد المعروف بابن شامردان ٤٤١٨ حدائق 10

de iis responsis juridicis dicitur, quae hic reddidit. In panegyrico, quem *Ibn Hajr Sháfio* scripsit, hunc narrasse dicit: Convenerunt apud me doctrinae traditionariae discipuli, cumque a me petiissent, ut de corpore traditionum ab *Abu Hanifa* emisso scriberem: Hanefitarum, respondi, orationem ignoro, donec eorum libros inspexero. Itaque ut libri illi subministrarentur imperavi; eos *Mohammed Ben-elhasan* mihi descripsit. Quos cum per annum inspexissem, donec memoriae mandassem, librum Baghdadicum i. e. *Hojjet* nostrum composui. — 4411. El-Hojej El-Ekber, probationes maximae. *Casida* magna, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din* 5 *Ibn Arabi*. — 4412. El-Hojej El-Mobayynet, probationes clarae, utrum Mekka praefenda sit an Medina, auctore Sheikh *Jelúl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 4413. El-Hojej, probationes, auctore *Bishr Ben Ghiyáth Mirrisi* Hanefita, [anno 219 (inc. 16. Jan. 834) mortuo]. Opus hoc libro *Mozenü* praefendum est, et probationes (*Hojej*) *Isae Ben Abán* eruditione subtiliore et dispositione elegantiori librum *Mozenü* superant. — 4414. El-Hojej, probationes, auctore *Ala Ben Sadaca*. — 4415. *Hadáic el-ahdác*, horti pupillarum de doctrina quadratorum talismanicorum. — 4416. *Hadáic ahdác el-azhár*, horti pupillarum florum et lucernae luminum ignium, auctore *Mohammed Ben Ibrahim Ben-elhanbali Halebi*, [anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo]. — 10 4417. *Hadáic el-adáb*, horti studiorum humanitatis. Symbola ad lexicographiam, auctore *Obeidallah Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Shahmerdán* dicto. — 4418. *Hadáic*,

- الأذهان في اخبار بيت النبي صلعم للامام علي بن حسين المسعودي المتوفى سنة ٣٤١
 ٤٤١٩ حدائق الأزهار في شرح مشارق الأنوار يأتي في الميم ٤٤٢٠ حدائق الاسماء وحقائق
 المسمى ٤٤٢١ حدائق الانس في التاريخ ٤٤٢٢ الحدائق الانسية في كشف حقائق
 الاندلسية في العروض [للشيخ الامام محمد بن ابراهيم المعروف بابن الخنبل المتوفى سنة ٩٧١
 5 وهو شرح على الاندلسية] ٤٤٢٣ حدائق الأنوار في حقائق الاسرار للامام فخر الدين
 محمد بن عمر الرازي المتوفى سنة ٩٠٩ اورد فيه موضوعات ستين علماً آفة للسلطان علاء الدين
 تكش الخوارزمي ٤٤٢٤ حدائق الأنوار لابي بكر محمد بن عمر المعروف بابن السراج الرازي
 المتوفى سنة ٤٤٢٥ حدائق الايمان لاجل اليقين والعرفان فارسي للشيخ علاء الدين علي
 ابن محمد الشيبير بمصنفك آفة سنة ٨٤١ ببراءة ورتب على خمسة ابواب آ في الايمان والمؤمن
 10 وما يتعلّق به ٣ في بيان حديث بُني الاسلام على خمس وما فيه من الحكمة ٣ في فرائض

el-adzhán, horti ingeniorum. Historia familiae prophetae, auctore Imám *Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 4419. Hadáic el-azhár, horti florum. Commentarius operis *Mesháric el-anwár*, de quo litera *Mim* videatur. — 4420. Hadáic el-asmá, horti nominum et vera natura nominati. — 4421. Hadáic el-ins, horti generis humani. Opus historicum. — 4422. El-Hadáic El-Insíyet, horti societatis humanae de revelandis artis metricae ab *Andalusi* editae subtilitatibus, [auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Ibrahim*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. Commentarius est illius artis metricae]. — 5 4423. Hadáic el-anwár fi hacáic el-asrár, horti luminum de subtilitatibus arcanorum. Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, describit in hac encyclopaedia, quam *Alá-ed-dino Tekesh Khawarezmie* Sulfano composuit, objecta doctrinarum sexaginta. — 4424. Hadáic el-anwár, horti luminum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Omar Rázi*, vulgo *Ibn-elserráj* dicto et anno . . . mortuo. — 4425. Hadáic el-ímán, horti fidei asseclis cognitionis spiritualis et scientiae mysticae scripti. Opus persicum, quod Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus, anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) Heratae composuit et in quinque capita disposuit, quorum primum fidem tractat et fidelem et 10 quae huc pertinent, secundum explicationem traditionis „Fides islamica quinque nititur fundamentis,“ et quae ei insint sapientiae vestigia — tertium statuta loturae

- الغسل ۴ في فرأص الوضوء ٥ في فرأص الصلوة وواجباتها ۴۴۴ حدائق البيان في شرح
التبيين سبق في التآء ۴۴۷ حدائق الحقائق في التفسير فارسي لمعين الدين المعروف
بالمسكين اليروى ۴۴۸ حدائق الحقائق في الحديث لبرهان الدين عمر بن علي بن
الملقن الشافعي المتوفى سنة ٨٠٤ م اختصره وسماه الرائق ۴۴۹ حدائق الحقائق في الموعدة
لتاج الدين محمد بن ابي بكر بن عبد القادر الرازي الملقب بالصدر وهو مختصر جمعه من 5
الاحاديث والآثار والمواعظ وجعله ستين ابوابا اوله الحمد لله رب العالمين الخ ۴۴۰ حدائق
الحقائق ل محمد بن المرتحل الهمداني اوله الحمد لله المنزه عن الانواع والاجناس الخ وهو
مشمول على ثلثين صنفا من العلوم اثنى عشر منها حكمية والباقي شرعية ۴۴۱ حدائق
الحقائق من المنطق والطبيعي والآلبي للشيوخ زين الدين عبد الرحمن بن محمد الكشي
وهو مجلد مرتب على مقدمتين وثلاثة كتب فيما ذكر من الفنون الثلاثة اوله الحمد لله الذي 10
انشأ الخلائق بقدرته الخ ۴۴۳ حدائق ذات بيحة في التفسير لابي يوسف عبد السلام بن

- simplicis — quartum lotionis sacrae statuta — quintum statuta precationis et quae in
precando necessario observanda sunt. — 4426. Hadá'ic el-beyán, horti explicationis.
Commentarius libri *Tibyán*, de quo in litera *Tá* dictum est. — 4427. Hadá'ic
el-hacá'ic, horti veritatum. Commentarius in Coranum a *Moin-ed-din Herevi*,
vulgo *Miskin* dicto, persice editus. — 4428. Hadá'ic el-hacá'ic, horti veritatum
de re traditionaria, auctore *Borhán-ed-din Omar Ben Ali Ben-elmolacckin* Shafiita,
anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. Serius opus in epitomen coegit *Ráic*
inscriptam. — 4429. Hadá'ic el-hacá'ic, horti veritatum. Compendium paraeneticum,
5 quod *Táj-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ben Abd-el-cádir Rázi*, vulgo *Sadr-*
ed-din dictus, e traditionibus prophetae, ejus sociorum factis dictisque et paraenesibus
congressit et in sexaginta capita distribuit. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino
etc. — 4430. Hadá'ic el-hacá'ic, horti veritatum, auctore *Mohammed Ben-*
elmortuhil Hemdáni. Hic liber, qui ita incipit: Laus Deo, qui omnibus speciebus
et generibus exemptus est etc., triginta genera doctrinarum complectitur, quarum
duodecim ad philosophiam, cetera ad legem spectant. — 4431. Hadá'ic-el-hacá'ic,
horti veritatum logicam, physicam et metaphysicam spectantium. Volumen a Sheikh
10 *Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben Mohammed Keshshi* scriptum, et in duas praefationes
et tres libros de iis, quae de illis tribus doctrinis docentur, divisum, quod ita
incipit: Laus Deo, qui potentia sua res creatas produxit etc. — 4432. Hadá'ic
dzát behjet, horti amoenitate ornati, auctore *Abu Yusuf Abd-elselám Ben*

محمد القزويني [المتوفى سنة ٤٨٣] وهو كبير في ثلاثمائة مجلد على ما ذكر في بعض الكتب
 [قلت قال الداودي في طبقات المفسرين قال ابن النجار جمع كتاباً بلغ خمسمائة مجلد
 حشا فيه الحجاب حتى رأيت منه مجلداً في آية واحدة وهي قوله تعالى وَاتَّبِعُوا مَا تَتْلُو
 الشَّيَاطِينُ أَنْتُمْ] ٤٤٣٣ حدائق السحر في حدائق الشعر فارسي لرشيد الدين محمد
 5 ابن محمد بن عبد الجليل المعروف بالوواط الكاتب المتوفى سنة ٥٧٣ ذكر فيه أنه رأى
 ترجمان البلاغة واشتغل مع ما فيه من التكاليف في نظمه واختل في معانيه فآلف اوله انحمد
 لله على ما افادنا من نعمه الخ واعداه لاني المظفر اتسز خوارزم شاه ثم شرحه حسن
 ابن محمد الملقب بالثرف الرامي لاويس شاه ورتبه على قسمين قسم في اصطلاحات الشعراء
 المتقدمين مشتملاً على خمسين باباً وقسم في تصرفات كلام المتأخرين مشتملاً على تسعة
 10 ابواب واثمه في رمضان سنة ٨٧٨ ومآه شقائق الحقائق ٤٤٣٤ حدائق الشقائق في
 ترجمة الشقائق النعمانية يانئ في الشين ٤٤٣٥ حدائق الوسائل الى طرق الرسائل مجلد

Mohammed Cazicini, [anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuo]. Commentarius in
 Coranum magnae molis, qui, ut in libro quodam legitur, trecenta explet volumina.
 [Adjicio haec. *Dawudi* in Classibus interpretum coranicorum *Ibn-el-nejjâr* dixisse
 narrat se librum scribere, qui quingenta volumina expleat, rebus mirabilibus differta,
 ut volumen viderem illum unum versum Corani tractans „Et secuti sunt id, quod
 meditati sunt Satanae].“ — 4433. *Hadâic el-sihr*, horti magiae de subtilitatibus
 poeseos. Opus persicum, auctore *Reshid-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben 5*
Abd-el-jelil Scriba, vulgo *Weluât* dicto et anno 573 (inc. 30 Jun. 1177) mortuo.
 Se librum *Tarjemân el-belûghet* legisse dicit et tractasse, quamvis labore affectata
 et molesta versuum cura et sententiarum tenuitate et inopia. Composuit igitur opus
 ita incipiens: Laus Deo pro beneficiis gratiosis, quae in nos largiter contulit etc.,
 illudque *Abu'lmozaffero Etsiz Khovarezsmshâho* obtulit. Deinde *Hasan Ben*
Mohammed honorifice *Sheref-ed-din Râmi* cognominatus in honorem *Oveishhâhi*
 commentarium ejus edidit in duas partes divisum, quarum prima quinquaginta
 capitibus comprehensa de terminis technicis poetarum antecedentium agit, altera novem
 capita continens de usu orationis apud recentiores arbitrario. Commentarium hunc,
Shecâic el-hacâic inscriptum, mense Ramadhan anni 878 (inc. 29. Mai. 1473) ad 10
 finem adduxit. — 4434. *Hadâic el-shecâic*, horti fissurarum. Translatio operis
El-Shecâic El-Nomâniyet, de quo in litera *Shîn* dicitur. — 4435. *Hadâic-el-*
wesâil, horti adjumentorum, quibus ad vias epistolarum pervenitur. Volumen,

- لابي الحسن علي بن زيد البيهقي المتوفى سنة ٤٤٣١ حدائق لاهل الحقائق في الموعظة
 للشيخ ابي الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجزري البغدادي المتوفى سنة ٥١٧ وهو مجلد مشتمل
 على مائة مجلس اورد فيه احاديث للوعاظ ليوضح بها الآيات في وعظهم مسندة تليق بها
 ٤٤٣٧ حدائق في الموعظة لحسن بن علي الواعظ النيسابوري المتوفى سنة ٤٤٣٨ حد العريض
 في الفرق بين الكناية والتعريض لتقى الدين علي بن عبد الكافي السبكي المتوفى سنة ٧٥٩ 5
 ٤٤٣٩ حد النحو لابي العباس احمد بن يحيى المعروف بالثعلب النحوي المتوفى سنة [١٩٩]
 ٤٤٤٠ حد الواعظين ٤٤٤١ حدى المقلتين في شرح بيتي الرقمتين ل احمد بن محمد
 ابن علي البخاري المتوفى سنة ٤٤٤٢ حدود الاحكام مختصر للشهيد علاء الدين علي بن
 محمد الشيرازي بمصنفه المتوفى سنة ٨٧٥ اوله الحمد لله الذي انزل على عبده الحدود الخ
 ٤٤٤٣ حدود الاعراب ليحيى بن زياد الفراء النحوي المتوفى سنة ٢٠٧ ذكر فيه ستا واربعين 10

- auctore *Abu'hasan Ali Ben Zeid Beihacki*, anno ... mortuo. — 4436. *Hadā'ic li ahl el-hacā'ic*, horti veritatum studiosis a Sheikh *Abu'faraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdādi*, anno 597 (inc. 3. Nov. 1198) mortuo, scripti. Opus paraeneticum unius voluminis centum consessus complectens, in quo auctor concionatoribus traditiones offert, quibus versus coranici in paraenesibus ornentur, easque tales, quae auctoritate certa nituntur et versibus illis accommodatae sunt. — 4437. *Hadā'ic fi el-mauitzet*, horti. Opus paraeneticum, auctore *Hasan Ben Ali Nisaburi* Concionatore, anno ... mortuo. — 4438. *El-Hadd El-Aridh*, 5 definitio lata de discrimine inter metonymiam et allegoriam, auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-kāfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 4439. *Hadd el-nahw*, definitio grammaticae, auctore *Abu'tabbās Ahmed Ben Yahya* Grammatico, vulgo *Thaleb* dicto et anno [291 (inc. 24. Nov. 903)] mortuo. — 4440. *Hadd el-wā'itzin*, terminus concionatorum. — 4441. *Hadae el-moclatain*, pupillae duorum oculi circulorum. Commentarius duorum versuum *Rocmatein* dictorum, auctore *Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Bokhāri*, anno ... mortuo. — 4442. *Hodūd el-ahkām*, definitiones statutorum, auctore Sheikh *Alā-ed-din Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dicto et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. Compendium, 10 quod ita incipit: Laus Deo, qui servo suo definitiones revelavit etc. — 4443. *Hodūd el-irāb*, definitiones doctrinae flexionum finalium, auctore *Yahya Ben Ziyād Ferrā* Grammatico, anno 207 (inc. 27. Mai. 822) mortuo. Commemorat hic quadra-

حدًا في الاعراب ٤٤٤٤ حدرد الاكبر والاصغر لابي الحسن علي بن عيسى الرماني النحوي
 المتوفى سنة ٣٨٤ ٤٤٤٥ حدرد انقياس لبشام بن معاوية الكوفي النحوي المتوفى سنة [٢٠٩]

علم الحديث ٤٤٤٦

وهو علم يعرف به اقوال النبي صلعم وافتعاله واحواله فاندرج فيه معرفة موضوعه وأما غايته
 5 فهو الفوز بسعادة الدارين كذا في القوائد الخاتانية وهو ينقسم الى العلم برواية الحديث وهو
 علم يبحث فيه عن كيفية اتصال الاحاديث بالرسول صلعم من حيث احوال روايته ضيقًا
 وعدالة ومن حيث كيفية السند اتصالًا وانقطاعًا وغير ذلك وقد اشتهر باصول الحديث كما
 سبق والى العلم بدراية الحديث وهو علم باحث عن المعنى المقبول من الفاظ الحديث وعن
 المراد منها مبنياً على قواعد العربية وضوابط الشريعة ومطابقاً لاحوال النبي صلعم وموضوعه
 10 احاديث الرسول صلعم من حيث دلالتها على المعنى المقبول او المراد وغايته التحلي بالآداب

ginta definitiones illam scientiam spectantes. — 4444. *Hodúd El-Ekber we El-Asghar*, definitiones magnae et parvae, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Isa Rommání* Grammatico, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) mortuo. — 4445. *Hodúd el-ckiyás*, definitiones analogiae, auctore *Hishám Ben Moáwiya Kufi* Grammatico, anno [209 (inc. 4. Mai. 824)] mortuo.

4446. *Ilm el-hadíth. Doctrina rei traditionariae.*

„Haec est, ut in *El-Fewáid El-Khacáníyet* legitur, ea doctrina, qua dicta, facta et quae alia ad prophetam spectant, cognoscuntur, ita ut huic definitioni cognitio ejus objecti inserta sit. Finis ejus acquisitionem spectat felicitatis hujus et alterius vitae.“ Dividitur 5 autem in partem (historicam), quae in tradendis factis dictisque propheticis versatur et de ratione quaerit, qua traditiones ad prophetam usque referendae sint, spectatis partim relationis earum conditionibus, quatenus scilicet certa et praesenti traditorum memoria eorumque justitia et probitate nituntur, partim ratione habita modi auctoritate utendi, quatenus ea testium seriem aut continuam aut interruptam sequatur et quae sunt alia — et in partem (dogmaticam), quae in intelligendis traditionibus versatur et de sensu quaerit ex verbis traditionum eliciendo deque earum significatione, nixa linguae arabicae fundamentis legisque statutis, et cum iis quae prophetae vitam et conditionem 10 spectant congrua. Objectum ejus sunt traditiones prophetae, quatenus sensum ejus

انبويّة والتخلّي عما يكرهه وينباه ومنفعته اعظم المنافع كما لا يخفى على المتأمل ومبادئه العلوم العربيّة كلّها ومعرفة النقص والاختبار المتعلقة بالنسب صلعم ومعرفة الاصلين والفقه وغير ذلك كذا في مفتاح السعادة والصواب ما ذكر في الفوائد ان الحديث اعم من القول والفعل والتقرير كما حقق في محله قال ابن الاثير في جامع الاصول علوم الشريعة تنقسم الى فرض ونقل والفرض ينقسم الى فرض عين وفرض كفاية ومن اصول فروع الكفايات علم احاديث رسول الله 5 صلعم واثار اصحابه التي هي ثانی ادلة الاحكام وله اصول واحكام وقواعد واصطلاحات ذكرها العلماء وشرحها المحدثون والفقهاء يحتاج طالبه الى معرفتها والوقوف عليها بعد تقديم معرفة اللغة والاعراب الذين هما اصل لمعرفة الحديث وغيره لورود الشريعة المطهرة بلسان العرب وتلك الاشياء كالعلم بالرجال واساميهم وانسابهم واعمارهم ووقت وثانيم وانعلم بصفات الرواة وشرائطهم التي يجوز معيا قبول روايتهم والعلم بمستند الرواة وكيفية اخذهم للحديث وتنظيم 10

intellectum aut propositum exprimunt. Finis ejus in dulci voluptate spectatur, quae ex moribus prophetae humanis et gratis capitur, inque omnium eorum remotione, quae repudiat et interdicit, et fructus ejus, ut nullum virum cordatum et intelligentem fugit, omnino maximus est. Initia denique sunt doctrinae linguae arabicae omnes, cognitio historiarum et narrationum, quae prophetam spectant, cognitio principiorum fidei et juris et jurisprudentiae ipsius, et quae sunt alia, ut in libro *Miftāh el-seūdet* legitur. Ad veritatem autem propius accedit, quod in *El-Fewāid* docetur, cum traditio, quemadmodum suo loco accuratius dicitur, latius pateat, quam ut dictum, factum et confessionem tantum comprehendat. — *Ibn-elathir* in *Jāmi' el-osūl*:
 5 Doctrinae legis, inquit, dividuntur in officium a Deo imperatum et sponte susceptum. Illud duplex est, aut personale omnibus fidelibus observandum, aut sufficientiae, quod aliis pro aliis praestare licet. In primariis sufficientiae officiis scientia numeratur, quae in traditionibus prophetae et dictis factisque ejus sociorum versatur, quae secundum genus argumentorum, quibus statuta probentur, constituunt. Continent autem principia, statuta, regulas primarias et terminos technicos, quae a viris doctis commemorantur, a traditionariis jurisconsultisque explicantur, et quorum cognitione et intelligentia ejus studioso opus est, praemissa et linguae arabicae et flexionum finalium cognitione, quae fundamenta sunt cognitionis traditionum aliarumque doctrinarum, cum lex augusta lingua arabica ad homines pervenerit, quae res non
 10 minus necessariae sunt quam cognitio primorum traditionum auctorum, eorum nominum, genealogiarum, vitarum, temporis mortium, qualitatum relatorum, conditionum, quibus

طرقه والعلم بلفظ الرواة وإبراهيم ما سمعوه واتصاله الى من يأخذنه عنيم وذكر مراتبه والعلم
 بجواز نقل الحديث بالمعنى ورواية بعضه والزيادة فيه والاضافة اليه ما ليس منه وانفراد
 الثقة بزيادة فيه والعلم بالمسند وشرائضه والعالي منه والنازل والعلم بالمرسل وانقسامه الى
 المنقطع والموقوف والمعضل وغير ذلك واختلاف الناس في قبوله وردّه والعلم بالجرح والتنديل
 5 وجوازهما ووقوعهما وبيان طبقات المجروحين والعلم باقسام الصحيح من الحديث والكذب
 وانقسام الخبر اليه والى الغريب والحسن وغيرهما والعلم باخبار التواتر والاحاد والناسخ
 والينسوخ وغير ذلك مما تواضع عليه ائمة الحديث وهو بينهم متعارف فمن اتقننا
 اتى دار هذا العلم من بابها واحاط بها من جميع جياتنا وبقدر ما يفوته منها

eorum relationem admittere licet, cognitio auctoritatum, quibus traditores nituntur,
 rationis, qua traditiones accipiebant, divisionis viarum, quibus eae ad posteros
 pervenerunt, cognitio generum dicendi, quibus traditores in referendo utuntur,
 rationis, qua propagarunt, quae audiverant, et quomodo haec continua serie ad eum
 perducenda sint, qui eas ab illis acceperat, descriptio classium, ad quas hi pertinent,
 scientia, utrum permissum sit traditionem ad sensum referre, an ex parte tantum,
 an eas amplificare iisque adjicere, quae minime ad eas pertineant, an traditor fide
 dignus solus sit et unicus, qui illam amplificationem habeat, cognitio corporum
 traditionum auctoritate stabilitarum et a singulis collectarum, et conditionum, a
 quibus dependeant, porro quae ibi a viris summae auctoritatis omissis ceteris traditae
 sint, et quae continua serie nullo ejus membro neglecto ad seriores pervenerint,
 doctrina traditionum, quae socio prophetae tanquam ultimo teste carent, et harum
 divisionis in eas, quibus duo aut plures in serie traditorum neque ii continui desunt, 5
 et in eas, quae, antequam ad Mohammedem ascendunt, jam desistunt, et denique
 in eas, ubi duo aut plures traditores continui exciderunt, et quae sunt alia genera;
 porro cognitio diversarum hominum sententiarum de traditionibus aut admittendis aut
 rejiciendis, scientia, quae in traditoribus aut reprobandis aut juste aestimandis
 versatur et quaerit, an haec reprobatio et aestimatio licita et omnino admittenda
 sit, descriptio classium reprobatorum, cognitio generum traditionum, quae verae et
 sincerae et quae fucatae sint, ejusdemque divisionis in traditiones ab aliis quam a
 propheta relatas cadentis et in eas, quae unicum tantum prophetae socium auctorem
 habent, et in probabiles et quae sunt aliae species, cognitio traditionum, quae a
 pluribus viris fide dignis et quae ab uno tantum propagatae sunt, traditionum
 abrogantium et abrogatarum, et quae sunt alia, de quibus summi rei traditionariae

تنزل درجته وتنحط رتبته ألا أن معرفة التواتر والاحاد والناسخ والمنسوخ وأن تعلقت
 بعلم الحديث فإن المحدث لا يفتقر اليه لأن ذلك من وظيفة الفقيه لأنه يستنبط الاحكام
 من الاحاديث فيحتاج الى معرفة التواتر والاحاد والناسخ والمنسوخ فأما المحدث فوظيفته ان
 ينقل ويروي ما سمعه من الاحاديث كما سمعه فان تصدى لما ورآه فزيادة في الفضل
 وأما مبدأ جمع الحديث وتأليفه وانتشاره فانه لما كان من اصول الفروض وجب الاعتناء
 به والاحتتمام بضبطه وحفظه ولذلك يتردد على العلماء الثقات الذين حفظوا قواعده
 واحاطوا فيه فتناقلوه كابراً عن كابرٍ واصلوه كما سمعوه اول الى اخرٍ وحببه الله اليهم لحكمة
 حفظ دينه وحراسة شريعته فما زال هذا العلم من عهد الرسول صلعم اشرف العلوم واجلها
 لدى الصحابة والتابعين وتابى التابعين خلفاً بعد سلف لا يشرف بينهم احد بعد حفظ

doctores convenerunt, et quae inter eos comprobata sunt. Quae qui accurate cognoscit, hanc doctrinam justissima et aptissima via sibi comparat, eamque ab omnibus partibus amplectitur, et quo plures harum rerum eum fugiunt, eo magis ejus dignitas inclinatur et auctoritas imminuitur, nisi quod cognitione traditionum, quae a pluribus viris fide dignis et quae ab uno solum relatae sint, et abrogantium et abrogatarum, quanquam ad doctrinam rei traditionariae pertineant, traditionarius carere potest; hae enim partes sunt jurisconsulti, qui statuta legis elicit e traditionibus, ita ut ei opus sit cognitione traditionum a pluribus et ab uno solum relatarum, et abrogantium et abrogatarum; traditionarii vero est tradere et referre eas traditiones quas audiverit eo modo, quo audivit; quos terminos si excedit, merita ejus augentur.

5 Initium autem traditiones colligendi, componendi et propagandi, cum hoc negotium ad primaria officia a Deo praescripta pertineat, suntum est a necessitate imposita curae illud sibi habendi et summa sollicitudine traditiones ad praesentem usum memoria retinendi eique mandandi. Quapropter Deus viris doctis et fide dignis, qui rei traditionariae statuta memoria et scientia exquisita comprehendebant, succurrebat, ut eas uno tempore sibi invicem traderent et alter ad alterum, quemadmodum eas audiverat, propagaret, Deusque caris eas reddidit studiosis, cum pro sapientia sua religionem custodire legemque servare studeret. Itaque haec scientia a tempore prophetae nobilissima et illustrissima esse doctrinarum non desiit prophetae asseclis horumque sectatoribus iisque, qui hos sequebantur continua successione, nec

كتاب الله تعالى آلا بقدر ما يخفظه منه ولا يعظم في النفوس آلا بحسب ما يسمع من الحديث عنه فتوترت الرغبات فيه فما زال اليهم من لدن الرسول صلعم الى ان انعطفت اليهم على تعلمه حتى لقد كان احدهم يرحل المراحل ويقطع الغياق والمغازز ويجوب البلاد شرقا وغربا في طلب حديث واحد ليسمعه من راويه فمنهم من يكون الباعث له على الرحلة طلب ذلك الحديث لذاته ومنهم من يقرن بتلك الرغبة سماعه من ذلك الراوي بعينه اما لثقتة في نفسه واما لعلو اسناده فانبعثت العزائم الى تحصيله وكان اعتمادهم آولا على الحفظ والضبط في القلوب غير ملتفتين الى ما يكتبونه محافظة على هذا العلم كحفظهم كتاب الله تعالى فلما انتشر الاسلام واتسعت البلاد وتفرقت الصحابة في الاقطار ومات معظمهم وقد الصبغت احتياج العلماء الى تدوين الحديث وتقييده بالكتابة ولعمري انيا الاصل فان الخاطر يغفل والقلم يحفظ فانتهى الامر الى زمن جماعة من الائمة

eorum quisquam, libro divino memoriae mandato, aestimabatur nisi pro quantitate traditionum, quas memoriae tradebat, nec magnus habebatur inter homines nisi pro ratione traditionum quas audiverat, ut cupide et copiose appeterentur, nec a propheta inde curae esse desinerent, donec animi ad hoc studium inclinarent, ut alius longa spatia peragraret, deserta aqua carentia et loca inculta emetiretur, regiones orientem et occidentem versus obiret ad unam traditionem exquirendam, ut eam a teste ipso acciperet. Alios ad iter faciendum impulit hujus traditionis exploratio propter eam ipsam, alii cum hoc desiderio cupiditatem conjunxerunt eam potissimum ex 5 illo ipso traditore audiendi vel propter ipsam fidem solam, quam habebat, vel propter gradum altum, quo auctoritates, quibus utebatur, distinctae sunt, ut inde firma animi voluntas eam comparandi oriretur.

Ab initio traditores iis nitebantur, quae memoria tenebant et animo prompto complectebantur, nihil ea respicientes, quae ad hanc scientiam eodem modo custodiendam scribebant, quo librum divinum conservare studebant. Cum deinde religio Islamica propagaretur, terrarum Mohammedanorum fines proferrentur, socii prophetae quoquoersus dispergerentur, magna eorum pars moreretur et memoriae usus diminueretur, viri docti ad traditiones componendas et scriptura complectendas necessario excitabantur, et per religionem meam! hoc caput rei est, mens enim 10 negligentiae obnoxia est, calamus vero custodit. Ita res ad tempus plurium Imamorum

5 templa primaria collegiaque ibi exstructa et carmina in eorum laudem composita. — 4512. Hosn el-mecál, sermo elegans de decem proprietatibus, auctore *Emin-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ahmed Ben Wahbán [Dimeshckí]* Hanefita, anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. — 4513. Hosn el-macsad, pulchritudo consilii de effectu prophetae nati, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti* laudato, qui hunc tractatum in *El-Háwi* profert et ibi narrat, quomodo homines, cum propheta prodiret, ad eum convenerint, et quae, cum nasceretur, evererint. — 4514. Hosn el-niyyet, pulchritudo propositi de coenobio *Bibersi*. Fasciculus ab eodem editus. — 4515. Hosn nikár, pulchritudo picturae. Poëma turcicum pentadis carminum a *Sinán Ben Soleimán* Emiro tempore
10 Sultani *Bayezid Khán* vivente editorum. — 4516. Hosn el-wefá, pulchritudo integritatis clarissimis Khalifis propria. *Casída* in *Rá* desinens, auctore *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben [Yahya Ben] Fadhlallah Omari* [Shafíita], anno 749 (inc. 1. Apr. 1348)

- سنة ٧٤٩ ٤٥٧ حسن اليقين وحسن المتقين لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفى
 سنة ٧٨٨ ٤٥٨ حسن وعشق فارسي منظوم لمحمد بن عبد الله المتخلص بكاتبى النيسابورى
 المتوفى في حدود سنة ٨٥٠ ٤٥٩ الحصار الصغير في الحساب ذكره ابن خلدون في المقدمة
 وقال هو من احسن المبسوطات المتداولة في المغرب ٤٥٠ حصائل في المسائل لنجم الدين
 ابى حفص عمر بن محمد النسقى الحنفى المتوفى سنة ٥٣٧ ٤٥١ حصر الارواح وسور الاشباح 5
 في الاسماء ٤٥٢ حصر المسائل وقصر الدلائل في شرح المنظومة النسفية ياتى ٤٥٣ حصر
 المسائل في الغرغرة للامام ابى اليبث نصر بن محمد السمرقندى الحنفى الفقيه المتوفى سنة ٣٨٥
 ٤٥٤ الحصر والاشاعة لاشراط الساعة للشيوخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى
 المتوفى سنة ٩١١ ٤٥٥ حسن الانتقاء من قصص الانبياء قبل هو لمسعود الكازرونى وهو
 فارسي اوله بعد از ثنائى خداى بى همتا الخ ٤٥٦ حسن الاسلام لمولانا غانم 10

- mortuo. — 4517. Hosn el-yeckín, pulchritudo certae cognitionis et arx Deum
 timentium, auctore Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed Meleti, anno 788 (inc.
 2. Febr. 1386) mortuo. — 4518. Hosn we Ishc, pulchritudo et amor flagrans.
 Poëma persicum, auctore Mohammed Ben Abdallah Nisabúri, Kátibi, ut poëtam se
 dixit, cognominato et circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. — 4519. El-Hisár
 El-Saghír, munimentum parvum. Liber arithmeticus, quem Ibn Khaldún in
 Prolegomenis (*Mocaddemet*) laudat et inter praestantissima operum amplorum et in
 regionibus occidentalibus tritissimorum numerat. — 4520. Hasáíl, fructus residui
 5 de quaestionibus, auctore Nejm-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi
 Hanefita, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo. — 4521. Hasr el-erwáh we
 súr el-eshbáh, angustia spirituum et murus corporum, de nominibus mysticis. —
 4522. Hasr el-mesáíl we casr el-deláíl, circumscriptio quaestionum et
 contractio argumentorum. Commentarius poëmatis a Nesefi conditi, de quo infra
 dicetur. — 4523. Hasr el-mesáíl, circumscriptio quaestionum de partibus juris
 derivatis, auctore Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi Jurisconsulto Hanefita,
 anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuo. — 4524. El-Hasr we El-Isháat,
 circumscriptio et propagatio de conditionibus horae resurrectionis, auctore Sheikh
 Jelúl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505)
 mortuo. — 4525. Hisn el-atckiyá, arx piorum. Historiae prophetarum persice
 10 scriptae, quae Mesúdo Kazeráni auctori tribuuntur. Incipit opus ita: Post laudem
 Dei incomparabilis etc. — 4526. Hisn el-islám, arx fidei Islamicae, auctore

ابن محمد البغدادي الحنفى المتوفى في حدود سنة 1٠٣٠. وهو مختصر ذكر فيه أنه سئل بعض الطلبة جمع الفاظ الكفر فاجاب وزاد عليه العقائد والاحكام ليتم به النفع ورتبه على خمسة فصول اوله اشهد ان لا اله الا الله الواحد الحى الخ ٤٥٦٧ حصن الايمان من الفتنة ٤٥٨٨ حصن الحبوة وسور النجاة في الاسماء ٤٥٩٦ الحصن للخصين من كلام سيد المرسلين 5 صلعم للشيوخ شمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ وهو من اکتب الجامعة للادعية والاوراد والاذكار الواردة في الاحاديث والآثار ذكر فيه أنه اخرجه من الاحاديث الصحيحة وابرزها عدّة عند كل شدة ولما اكمل ترتيبه طلبه عدوه وهو تيمور فيرب منه محتفياً وتحصن بهذا الحصن فرأى سيد المرسلين صلعم جالساً على يمينه وكأنه صلعم يقول له ما تريد فقال يا رسول الله ادع الله تعالى لى وللمسلمين رفع يديه فدى ثم مسح بيما وجهه الكريم وكان ذلك ليلة الخميس فيرب العدو ليلة الاحد وثرج الله عنه وعن المسلمين ببركة ما في هذا الكتاب الجامع ما لم يجمعه مجلدات من التواليف ورمز للكتب المأخوذة

Molla nostro *Ghānim Ben Mohammed Baghdādi* Hanefita, circa annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuo. Compendium, ubi a se discipulorum aliquem, ut verba impietatem significantia colligeret, petiisse narrat. Cui cum satisfaceret, articulos fidei et decreta divina addidit, ut utilitati libri quam perfectissime serviret. In quinque sectiones divisus est et incipit ita: Testor nullum esse Deum nisi Allah unicum viventem etc. — 4527. *Hisn el-imān*, praesidium fidei Mohammedicae contra seductionem. — 4528. *Hisn el-hayāt we sūr el-nejāt*, arx vitae et murus immunitatis de nominibus mysticis. — 4529. *El-Hisn El-Hasin*, arx verbis domini legatorum summi firma et munita, auctore Sheikh *Shems-ed-din* 5 *Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuo. Liber hic preces, pericopas coranicas et laudationes Dei, quae in prophetae ejusque sociorum traditionibus revelatae sunt, conjunctas continet. Auctor se eas ex traditionibus certissimis elicuisse et tanquam praesidium in omnibus calamitatibus in lucem protulisse narrat. Libri dispositionem cum absolvisset, *Timur* adversarius eum petiit, quem se abdens fugit et illa arce se munivit. Vidit deinde per somnum legatorum principem ad dextram sedentem, et cum ille ex se, quae vellet, quaerere visus esset: Preces funde ad Deum, respondit, pro me et fidelibus, o legate Dei. Quod hic cum manibus sublatis fecisset, manus super vultum nobilem duxit. Factum hoc est nocte feriae quin- 10 tae, et nocte diei Solis hostis in fugam se contulit, Deusque auctorem et fideles ab illo liberavit favore eorum, quae in hoc libro leguntur tantum continente, quantum operum

عنها بالرموز المعهودة بين اهل الحديث وذكر مقدّمة تشتمل على احاديث في فضل الدعاء والذكر وآدابه واوقات الاجابة وامكنتها ثمّ الاسم الاعظم والاسماء الحسى ثمّ ما يقال في الصباح والمساء في الحبوّة الى الممات ثمّ الذكر العام ثمّ الاستغفار ثمّ فضل القرآن ثمّ الدعاء ثمّ ختمه بفضل الصلوة على النبي صلعم وفرغ من تأليفه يوم الاحد الثاني والعشرين من ذي الحجة سنة 717 بمدرسة التي انشأها برأس عقبة ائكتان داخل دمشق وجميع ابوابها مشيدة 5 بالاحجار والناس في جيد عظيم من الحصار والمياه مقطوعة والايدي الى الله مرفوعة وكلّ احد خانف على نفسه وما له وقد احرق ظاعر البلد ونهب اكثره ولقد احسن من قال شعر

ان نايك الامر الميول انكر آله العالمينا
وانا بغى باغ عليك فدونك الحصن لخصينا

ثمّ شرحه شرحاً مفيداً بانقول وسمّاه مفتاح الحصن اوله الحمد لله على ما علم الخ ذكر 10

amplorum volumina vix continent. Libros, unde traditiones hausit, signis a traditionariis receptis notavit et praefationem praemisit, quae traditiones continet de praestantia precationis et invocationis Dei, de legibus in ea facienda observandis et temporibus locisque, quibus potissimum audiuntur. Tum nomen Dei summum et attributa sancta commemorat, disserit de verbis mane et vespere in hac vita usque ad mortem faciendis, denique de invocatione Dei universali, de ratione veniam delicti rogandi, de praestantia Corani, de prece facienda, et finem facit in prece Deo pro salute prophetae adhibenda. Compositionem libri die vicesimo secundo mensis Dzi'lhijjet, 5 qui dies Solis fuit, anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) absolvit in collegio in summo colle lini intra Damascum ab ipso aedificato, cum portae ejus omnes firmatae et lapidibus obstructae essent, incolae obsessione diligentissima undique cingerentur et aqua prohibiti manus ad Deum tollerent, unusquisque pro sua vita et fortunis pertimesceret, domus extra urbem combustae plurimaeque earum direptae essent, ut poeta ille pulchre caneret:

Quando tibi malum horrendum supervenit, invoca Deum mundorum,
Et quando tyrannus te insolenter tractat, confuge ad Arcem Munitam.

10 Postea utilem ejus commentarium, qui orditur a verbis: Laus Deo pro iis, quae docuit etc., edidit ita, ut tantum textus verba explicata adjiceret, eumque *Miftāh*

فيه أنه وعد عند تأليفه أن يجعل في آخره فصلًا لحلّ مشكلاته ولما انتهى سارت به الركبان في البلدان وكذا مختصره عدّة الحصن والجنة كلاهما له ولما مضى نحو من أربعين سنة وقى ما وعد بذلك الشرح وفرغ منه في رمضان سنة ٨٣١ بمدينة شيراز ثمّ أن الشيخ على ابن سلطان محمد البروي المعروف بالقارى نزيل مكة المتوفى بينا سنة ست عشرة بعد 5 الالف شرح الحصن شرحًا ممزوجًا بسيطًا وسماه الحكرز الثمين للحصن الحسين اوله الحمد لله الذى جعل ذكره حصنًا حصينًا الخ وفرغ منه في النصف الاخير من جمادى الآخرة سنة ثمان بعد الالف وأما مختصره المسمى بعدة الحصن فهو على عشرة ابواب اوله الحمد لله الذى جعل ذكره عدّة الخ ولهذا المختصر ترجمة بالفارسية مسماة بغرفة الحصين للسيد اصيل الدين عبد الله بن عبد الرحمن الحسينى الواعظ اوله الحمد لله الجميل الذى يجب 10 الجمال الخ ذكر أنه زاد عليه بعضًا من الميمّات ورتّب على خمسة فصول وخاتمة وفرغ في جمادى الاولى سنة ٨٣٧ ببليدة هراة وللاصل ايضا ترجمة تركية ليجبى بن عبد الكريم سماه

El-Hisn inscripsit. Se in libro componendo ad finem caput addere pollicitum esse narrat ad locos ejus difficiles et ambiguos solvendo. Cujus compositionem cum absolvisset, equites per terras eum circumtulerunt nec minus utramque ejus epitomen *Oddet El-Hisn* et *El-Jonnet* inscriptam et ab eo ipso editam. Jam vero quadraginta fere annis praeteritis, quae promiserat, commentario illo praestare studuit, quem mense Ramadhan anni .831 (inc. 22. Oct. 1427) in urbe Shiraz ad finem adduxit. Tum Sheikh *Ali Ben Sultan Mohammed Herewi* Mekkae inquilinus, vulgo *Câri* (Corani Lector) dictus et in illa urbe anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) defunctus, *El-Hisn* volumine amplo *El-Hirz El-Themîn Lil-Hisn El-Hasîn* inscripto commentatus 5 est, quod textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui sui invocationem arcem fecit munitissimam etc. Absolutum est parte posteriori mensis Jomâdi II. anni 1008 (inc. 14. Jul. 1599). — Epitome ejus *Oddet El-Hisn* inscripta in decem capita disposita est et ita incipit: Laus Deo, qui sui invocationem praesidium certum fecit etc. Eadem in linguam persicam versa est, et haec versio, quae Seyyid *Asil-ed-dîn Abdallah Ben Abd-el-rahman Hoseini* Concionatorem auctorem habet, orditur ab his verbis: Laus Deo praeclara, qui decorum amat etc. Se epitomae 10 nonnulla gravioris momenti addidisse dicit totumque opus, quod mense Jomâdi I. anni 837 (inc. 18. Aug. 1433) in urbe Herat absolvit, in quinque capita et conclusionem divisit. Praeterea archetypum turcice translatum est a *Yahya Ben Abd-el-kerim*,
III. 10

- مصباح الجنان وجعله على بابين مشتقاً على زيادة من خصائص النبي صلعم اوله الحمد لله
 الحميد الخ ٤٥٣٠ حصن الرموز وطلمس الكنوز ٤٥٣١ حصن المأخذ للغزالي وسبباتي
 في الميم في المأخذ ٤٥٣٢ حصن المجاهدين في التجويد مختصر اوله الحمد لله الذي
 انزل علينا كتابه المبين الخ ذكر في ديباجته مولانا على بن يوسف الفناري ٤٥٣٣ حصول
الانعام والمير في سؤال خاتمة الخبير للشيخ تقى الدين احمد بن علي المقرئ المتوفى سنة ٨٤٥ هـ 5
 ٤٥٣٤ حصول البغية بسائل هل لاحد في الجنة خيبة للشيخ برهان الدين ابراهيم بن محمد
الناجي الشافعي الدمشقي [المتوفى سنة ٩٠٠] وهو مختصر اوله أما بعد حمد الله الخ
 ٤٥٣٥ حصول الرفق باصول الرزق للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي
 المتوفى سنة ٩١١ هـ وهي رسالة استوعب فيها الاحاديث الواردة في الافعال الجالبة للرزق ليلاً ونهاراً
 ٤٥٣٦ حصول النوال في احاديث السؤال للسيوطي المذكور ايضا ٤٥٣٧ الحصن على تعليم 10

- qui versionem *Misbâh el-jenân* inscripsit et in duo capita distribuit ita, ut nonnulla
 de virtutibus prophetae propriis adjiceret. Incipit ita: Laus Deo laude digno etc. —
 4530. *Hisn el-romúz*, praesidium signorum aenigmaticorum et talisma thesaurorum. —
 4531. *Hisn El-Makhadz*, apologia operis *Makhadz* a *Ghazâli* edita, de quo sub *Makhadz*
 in litera *Mim* videndum est. — 4532. *Hisn el-mojâhidîn*, praesidium pro fide certantium
 de arte Coranum bene legendi. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui nobis
 librum suum perspicuum revelavit etc. In ejus praefatione Molla noster *Ali Ben Yusuf Fenâri*
 laudatur. — 4533. *Hosúl el-in`âm* we el-meir, comparatio gratiae et commeatus de
 quaestione exitus boni, quem Deus dat, auctore Sheikh *Tacki-ed-dîn Ahmed Ben Ali Macrîzi*,
 anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 4534. *Hosúl el-bughyet*, consecutio rei
 expetitae per quaerentem, num cuidam in Paradiso barba, auctore Sheikh *Borhân-ed-dîn Ibrahîm Ben Mohammed Nâji Dimeshcki*
Shafiita, [anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Praemissis
 praemittendis. Laudetur Deus etc. — 4535. *Hosúl el-rifc*, consecutio favoris per
 principia legum in cibo potuque observandarum, auctore Sheikh *Jelâl-ed-dîn Abd-el-rahman Ben Abi Behr Soyûti*,
 anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Omnes in hoc tractatu collegit traditiones de
 actionibus prophetarum inspiratas, quae victum quotidianum die noctuque comparant. —
 4536. *Hosúl el-newâl*, adeptio doni de traditionibus interrogationis per angelos *Munkîr*
 et *Nâkîr*, auctore eodem *Soyûti*. — 4537. *El-Hadhhdh*, excitatio ad docendum sermonem

العربية للامام ابي البركات عبد الرحمن بن محمد الانباري النحوي المتوفى سنة ٥٧٧

علم الحضري والسفري ٤٥٣٨

من الآيات وهو من فروع علم التفسير ذكره المولى ابو الخير لجرّد تكثير السواد والآ
فلا وجه لعدّه علماً برأسه وكذا اكثر ما ذكره في التفاريع قال وامثلة الحضري كثيرة وأما امثلة
5 السفري فقد ضبطوها وارنقت الى نيف واربعين كما في الاتقان

٤٥٣٩ حضور الانس بانس الحضور للشيخ عبد الخالف بن ابي القاسم المصري

٤٥٤. لخط الاوفر بالحمج الاكبر للشيخ علي بن سلطان محمد الخنفي الهروي القاري المتوفى

بعد سنة ١١٩ ٤٥٤١ الحظ الوافر من المغنم في استدراك الكافر للجلال السيوطي ذكره في

الحاوي تمامًا ٤٥٤٢ الحظ الموفور في مدح ابن الفرور لمحمد الباعوني اوله الحمد لله

Arabicum, auctore Imám *Abu'lberékát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*
Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo.

4538. *Ilm el-hadhari we el-safari. Doctrina versuum coranicorum, qui*
prophetæ vel domi vel foris revelati sunt.

Pertinet ea ad disciplinas exegesis coranicae secundarias, et Molla *Abu'lkheir*
eam commemorat tantum, ut majorem chartae copiam atramento perdat; sine hac
enim ratione nulla adest causa eam in disciplinis peculiaribus numerandi. Hujus
generis maxima doctrinarum pars est, quas inter secundarias refert. Numerum
versuum domi revelatorum magnum esse dicit, exempla vero versuum foris revelatorum
separatim notarunt, iique, ut in *Itcán* legitur, numerum quadraginta et quod 5
excedit explent.

4539. *Hodhúr el-ons bi ins el-hodhúr*, praesentia societatis per socium
praesentem, auctore Sheikh *Abd-el-khálic Ben Abi'lásim Misri*. — 4540. *El-Hattz*
El-Aufar, felicitas perfectissima in peregrinatione maxima conspicua, auctore
Sheikh *Ali Ben Sultán Mohammed Herevi* Hanefita Corani Lectore, post annum
1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuo. — 4541. *El-Hattz El-Wáfir*, copiosa pars
praedae de infideli ad veram fidem revocando, auctore *Jelál-ed-din Soyúti*. Tractatus
hic totus operi *Háwi* insertus est. — 4542. *El-Hattz El-Maufúr*, felicitas
perfecta. Panegyricus *Ibn-elforfúri* a *Mohammed Báini* scriptus, qui incipit ita: Laus

الذى اطلع لسماء السياره الخ ٢٥٢٣ حفظ الصّحة لبقراط وهو كتابه الى انطبقن الملك

٢٥٢٤ حفظ الابدان لحضر بن عمر العطوفى اولها

الحمد لله من اعلى المتعال

وهي لامية نظمها للسلطان بايزيد ٢٥٢٥ حفظ الصلوة ووسيلة حصول الصلوة لحمد بن عوض

المفسر وهو مختصر على خمسة ابواب اوله الحمد لله للكيم للقيم الخ ٢٥٢٦ حفظ الصيام عن فوت 5

التمام للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافي السبكي الشافعي المتوفى سنة ٧٥١ ٢٥٢٧ حقائف

الارصاد في دقائق الارشاد في استخراج اواسط الكواكب وتقاويميا على طول ترمذ وهو من

[جزائري] الخالدات ضبطت وعرضه لزن على ما رصده مصنّفه الشيخ تاج الدين ابو الفتح

احمد اللالى ابن البدر محمد بن حجاج العمادى [الكمالى] وفرغ عنه في حدود سنة ...

٢٥٢٨ حقائف الاستشهادات في الكيمياء لمؤيد الدين حسين بن على الطغرالى المتوفى سنة ٥١٥ 10

Deo, qui in coelo planetarum apparere jussit etc. — 4543. Hiftz el-sihhet, epistola Hippocratis de sanitate tuenda ad Antiochum regem. — 4544. Hiftz el-*abdán*, conservatio corporum. Carmen in *Lám* desinens, quod *Hadhr Ben Omar Atúfi* Sultano *Báyezid* condidit et ita inceptit:

Laus Deo qui alte eminentem elevat.

4545. Hiftz el-salát, observatio precum et ratio dona consequendi, auctore 5 *Mohammed Ben Audh* Corani Interprete. Compendium in quinque capita dispositum, quod ita incipit: Laus Deo sapienti et mansueto etc. — 4546. Hiftz el-siyám, tuitio jejunii a defectu completionis, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 4547. *Hacáic el-arsád*, verae observationes de subtilitatibus directionis in eliciendis mediis stellarum positionibus earumque tabulis ad longitudinem urbis Tirmidz compositis, quae secundum auctoris Sheikh *Táj-ed-dín Abu'fat'h Ahmed Láli Ben-el-bedr Mohammed Ben Hejjúj Imádi* [*Kemáli*] observationes, quarum compositionem circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) absolvit, ab insulis fortunatis centum gradus remota, latitudo 10 vero triginta septem gradus et quinquaginta scripula computatur. — 4548. *Hacáic el-istishhúdát*, veritates testimoniorum datorum de Alchymia, auctore *Mowayyed-ed-dín Hosein Ben Ali Toghrúyi*, anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. In hoc

بين فيه اثبات الصناعة وردّ على ابن سينا في ابطالها بمقدّمات من كتاب الشفاء
 ٤٥٤٩ حَقَائِقُ الاسرار فيما يعتمدون به الابرار من تأليف تمر الاسحاقى ألفه للشاعر قانصر
 ورتّب على عشرة فصول العقل والعلم والسياسة والادب بالنفس واللسان وحسن السيرة والاخلاق
 والزهد ومقالات المشايخ والحكماء والبلاغة اوله الحمد لله الذى علّمنا ما لم نعلم الخ
 ٤٥٥٠ حَقَائِقُ الاسرار في الطب ٤٥٥١ حَقَائِقُ الايمان لاهل اليقين والعرفان فارسى مختصر
 للشيخ على بن محمد المعروف بمصنّفك ألفه بيراة سنة ٨٤٣ ورتّب على خمسة ابواب مشتملة
 على مسائل الايمان والعبادات ٤٥٥٢ حَقَائِقُ التنليل ٤٥٥٣ حَقَائِقُ الحدائق فارسى
 مختصر مشتمل على قواعد اشعار الفرس لاشرف بن محمد الرامى ألفه للسليمان اويس وجعله
 على قسمين قسم في اصطلاح المتقدمين وقسم في تصريف المتأخرين وهو على منوال حدائق
 ١٥ الوطواط كما ذكره واقرّ بفضله ٤٥٥٤ حَقَائِقُ الحروف رسالة للشيخ سعد الدين

opere claris argumentis artem illam magnam confirmare studet et *Ibn Sinam* refutat, qui eam in Prolegomenis ad librum *Shefá* vanam esse contenderat. — 4549. *Hacáic el-asrár*, subtilitates arcanorum de iis, quibus viri pii ex libro *Tamr*, quem *Ishácki Tzáhiro Cansu* composuit, innituntur. Disposuit opus in decem sectiones: Mens — scientia — administratio — tractatio animae — lingua — ratio recte vivendi — mores — abstinencia — opiniones, quas et doctores fidei et philosophi amplectuntur, et — eloquentia. Incipit ita: Laus Deo, qui nos docuit, quae ignoravimus etc. — 4550. *Hacáic el-asrár*, vera arcanorum natura. Tractatus 5 medicus. — 4551. *Hacáic el-ímán*, subtilitates fidei asseclis religionis Mohammedicae et certae cognitionis oblatae. Compendium persicum, quod *Sheikh Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifec* dictus, Heratae anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) composuit et in quinque capita distribuit, quae quaestiones de fide et cultus officii complectuntur. — 4552. *Hacáic el-tehlíl*, veritates laudationis unius Dei. — 4553. *Hacáic el-hadáic*, vera hortorum natura. Compendium persicum, quod regulas in carminibus apud Persas observandas tractat et ab *Eshref Ben Mohammed Rámi* in honorem Sultani *Oweis* compositum est. Duas ei dedit partes de dictionibus poetarum praecedentium technicis et de usu sermonis apud recentiores arbitrario. Sequitur, ut ipse monet, rationem libri *Hadáic a Wetwát* editi, cujus praestantiam 10 confitetur. — 4554. *Hacáic el-horúf*, vera literarum natura. Tractatus, auctore

- محمد الحموى ٤٥٥٥ حَقَائِقُ الدَّقَائِقِ ٤٥٥٦ حَقَائِقُ الرُّوْيَا في التعبير ٤٥٥٧ حَقَائِقُ فضل الله المؤلف الواردة على ترتيب الحروف للشيخ شمس الدين ابى الحسن محمد البكرى المصرى وهى رسالة فى ستة اوراق كتبها سنة ٩١٩ وجمع فيها كلمات المشايخ اولها الحمد لله العليم الحكيم الخ ٤٥٥٨ حَقَائِقُ الكَشْفِ في المنطق لعلاء الدين على بن محمد الباجى الشافى الذى ولد سنة ٦٣١ [المتوفى سنة ٧١٤] ٤٥٥٩ حَقَائِقُ اللغة ٤٥٦٠ حَقَائِقُ السَّبْوِجِيَّةِ 5 والدَّقَائِقُ القُدُوسِيَّةِ ٤٥٦١ حَقَائِقُ اَلْمُحَمَّدِيَّةِ للعلامة صدر الدين محمد الشيرازى المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ وهى رسالة فى معرفة الواجب تعالى وصفاته ٤٥٦٢ حَقَائِقُ في التفسير للشيخ ابى عبد الرحمن محمد بن الحسين السلمى النيسابورى المتوفى سنة ٤١٣ وهو مختصر على لسان [اعل] التصوف اوله الحمد لله رب العالمين اولاً وَاخِراً الخ ذكر فيه ان اعل الظاهر جمع فى انواع فَوَائِدِ القُرْآنِ ولم يشتغل احد [منهم] بغيره خطابه على لسان الحَقِيْقَةِ 10

- Sheikh Sa'd-ed-din Mohammed Hamawi. — 4555. Hacáic el-decáic, veritates subtilitatum. — 4556. Hacáic el-ruya, vera somnii natura, de somniorum interpretatione. — 4557. Hacáic fadh'l Allah el-malúf, vera natura gratiae divinae consuetae secundum ordinem literarum patefacta, auctore Sheikh Shems-ed-din Abu'hasan Mohammed Bekri Misri. Tractatus est sex foliorum, quae anno 919 (inc. 9. Mart. 1513) conscripsit, ibique dicta Sheikhorum collegit. Incipit ita: Laus Deo scienti sapienti etc. — 4558. Hacáic el-kashf, veritates manifestationis de 5 logica, auctore Alá-ed-din Ali Ben Mohammed Búji Shafita, anno 631 (inc. 7. Oct. 1233) nato [et anno 714 (inc. 17. Apr. 1314) mortuo]. — 4559. Hacáic el-loghat, vera natura linguae. — 4560. El-Hacáic El-Sobbúhiyet, vera natura Dei venerandi et subtilitates sanctissimae. — 4561. El-Hacáic El-Mohammediyet, vera natura laude dignissima. Tractatus de cognitione Dei excelsi per se existentis ejusque attributis, auctore doctissimo Sadr-ed-din Mohammed Shirázi, circa annum 920 (inc. 26. Febr. 1514) mortuo. — 4562. El-Hacáic fi el-tefsír, subtilitates. Commentarius Corani, auctore Sheikh Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben-elhosein Sollemi Nisabúri, anno 412 (inc. 17. Apr. 1021) mortuo. Compendium est ad dictionem Suforum compositum, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino primum et postremum etc. Monet ibi, naturalis et exterioris 10 interpretationis asseclas collegisse quidem de variis Corani sensibus, nec tamen ullum in ejus sermone ad sensum sectatorum viae mysticae intelligendo operam posuisse.

ولا يجمعه إلا آيآء متفرقة نسبت الى ابي العباس بن عطا ذكر أنها عن جعفر بن محمد الصادق وكان قد سمع منهم في ذلك حروفاً فضمها الى مقالاتهم ورتب على السور الفرقانية فكان كالتفسير قرأه الثعلبي على مصنفه لكن المفسرين من اجل الظواهر تكلموا فيه على ما هو دايم في امثاله فقال الواحدى زعم انه صنّف حَقَائِفَ التفسير فان كان اعتقد ان ذلك تفسير 5 فقد كفر وضع ابن الجوزى ايضا ٤٥٦٣ لِلْحَقَائِفِ في شرح المنظومة النسفية يأتى في الميم ٤٥٦٤ حَقَّ الوقت والساعة وجمع الحال والطاعة في التصوف ٤٥٦٥ حَقَّ اليقين في معرفة رب العالمين للشيخ محمود الشبستري صاحب الكلشن وهو رسالة فارسية على ثمانية ابواب مشتملة على فوائد وحقايق من علم التصوف ٤٥٦٦ حقوق اخوة الاسلام للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعراني المتوفى سنة ٦٧٩ اوله الحمد لله حمده ونستعينه الخ ذكر فيه ان للنبي 10 صلعم على الامة حقوقاً وللمسلمين بعضهم على بعض حقوقاً ففى معاشرة الصديق مع الصديق

Persequitur illum non nisi per versus separatos, quorum delectus et interpretatio *Abu'labbás* Ben *Atá* tribuitur, eosque a *Ju'far Ben Mohammed El-Sádic* sumtos esse monet. Audiverat ex ore ejusmodi doctorum de hac interpretatione varia sensus interioris fragmenta, quae cum eorum tractatibus conjunxit totumque ad Suratas Corani disposuit, ut inde quasi commentarius evaderet, quem *Theálibi* coram ipso auctore legit. Attamen exterioris interpretationis coranicae asseclae secundum suam disputant de hac re sentiendi consuetudinem, quam in his similibusque sequuntur, et *Wáhidi*: Opinatur auctor, ait, se veram interpretationis coranicae naturam in componendo persecutum esse. Quodsi hunc librum persuasum habet commentarium Corani esse, in impietatis suspicionem incurrit. Eodem modo *Ibn-eljauzi* in eum 5 invehitur. — 4563. El-Hacáyc, veritates. Commentarius carminis a *Nesefi* compositi, de quo litera *Mim* videatur. — 4564. Hacc el-wact we el-sáat, veritas temporis et horae et conjunctio status mystici et obedientiae. Tractatus de theosophia. — 4565. Hacc el-jeckín, veritas scientiae certissimae de cognitione domini mundorum, auctore Sheikh *Mahmúd Shebisteri*, qui *Gúlshen* edidit. Tractatus persicus in octo capita dispositus et doctrinae mysticae praecepta et subtilitates complectens. — 4566. Hocúc ikhwet el-islám, jura fratrum religionis Islamicae, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sharáni*, anno 976 (inc. 26. Jun. 1568) mortuo. Incipit hic ita: Laus Deo quem laudamus et auxilio vocamus etc., et demonstrat, fideles prophetae debere officia praestare, eademque sibi invicem a 10 singulis Muslimis praestanda esse, ita ut in consortio inter amicos, inter doctorem

والشيخ مع المرید والعالم مع المتعلّم والامير مع الرعيّة والجار مع الجار والضيف مع المضيف
والولد مع الوالد والغنى مع الفقير والزوج مع الزوجة والقريب مع انغريب والسيد مع المملوك
والمسلم مع الذمى ادى المجزية والصالح مع الطالح والمبتدع حقوق وشرائط وآداب ذكرها كلها
وفيه تأليف آخر قيل هو للغزالي f01v التحقير النافع في النحو لابي العلاء احمد بن عبد
الله المعري المتوفى سنة 449 وهو خمس كراريس f018 حقيقة القولين للامام ابن حامد محمد
ابن محمد الغزالي المتوفى سنة 505 ولابي الحاسن عبد الواحد بن اسمعيل الروياني الشافعي
المتوفى سنة 504 f011 الحقيقة الوصفية في طريقة الصوفية للشيخ زين الدين سرجا بن محمد
الملطي المتوفى سنة 788 f01v التحقيق في العقيدة

f01 علم حكايات الصالحين

قال المولى ابو الخير وهو من فروع علم التواريخ والحاضرة وقد اعتنى بجمعها طائفة وافردوا 10

et discipulum studiosum, inter gnarum et discentem, inter principem et subjectos, inter vicinos, inter hospitem et hospitio excipientem, inter filium et patrem, divitem et pauperem, maritum et uxorem, inter propinquum et peregrinum, dominum et servum, Muslimum et clientem Christianum et Judaeum, qui tributum solvit, inter probum et pravum et novarum rerum studiosum officia, condiciones et mores intercedant, quae omnia commemorat. De eadem re opus aliud exstat, quod *Ghazáli* tribuitur. — 4567. *El-Hackír El-Náfi'*, liber vilis, at utilis. Quinque foliorum
5 quiniones de grammatica, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — 4468. *Hackícat el-caulein*, veritas duorum verborum, auctoribus *Imám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo, et *Abu'lmehasin Abd-el-wáhid Ben Ismail Ruyání* Shafiita, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuo. — 4569. *El-Hackícat El-Wasfíyet*, veritas qualificativa de disciplina Theosophorum, auctore *Sheikh Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 4570. *El-Hackícat fi el-ackícat*, veritas de pilis foetus bruti aut humani.

4571. *Ilm hikáyát el-sálihín*. Historia sanctorum.

10 Molla *Abu'lkhair* auctore, haec doctrina pars est historiae politicae et anthologicae. Ejusmodi historias plures viri colligere studuerunt et singularibus scriptis

- بالتدوين كصفوة الصفوة وروض الرياحين وغير ذلك ومنفعته اجل المنافع واعضها انتبى
 4072 حكايات الصالحين فارسي للشيخ عثمان بن عمر الكهف رتب على عشرين بابا
 في كل باب منها عشر حكايات 4073 حكايات شعبية وغيره جمعها ابو القاسم البغوي في
 فوائد علي بن الجعد 4074 حكم اراضى مكة للامام ابى جعفر احمد بن محمد الطحاروى
 5 الحنفى المتوفى سنة 321 4075 حكم المصبوط في تحريم عمل قوم لوط للشيخ شمس الدين
 محمد بن عمر العمري الواسطى المتوفى سنة 441 4076 الحكم الايية في الكالات الانسانية
 للشيخ محمد بن مصطفى الاماسى قال في آخر بعض تأليفه ومن اراد ان يتلغ على تفاصيل
 الحكم الدينية فليطلع رسالتنا المذكورة لانها رسالة غريبة في الاسئلة العجيبة تركتها مقفولة
 بلا اجوبة لمن يجد مفتاحها 4077 الحكم الدينية والمنازل الصديقية للشيخ كمال الدين
 10 محمد بن ابى الوفا ابن الموقع الحلبي 4078 الحكم والانه في اعراب قوله تعالى غير

emiserunt, qualia sunt *Safwet el-safwet*, *Raudh el-reyáhin* et alia. Earum utilitas clarissime elucet et amplissima est.

4572. *Hikáyát el-sálihín*, historiae sanctorum, auctore Sheikh *Othmán Ben Omar El-Kahf*. Opus persicum in viginti capita distributum, quae singula deoem historias continent. — 4573. *Hikáyát Shoba*, historiae *Shobae* aliorumque, quas *Abu'lásim Beghewi* de facete dictis *Alii Ben-elja'd* collegit. — 4574. *Hokm arádhi Mekka*, jurisdictio terrarum Mekkae, auctore *Imám Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Teháwi* Hanefita, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo. — 5 4575. *El-Hokm El-Madhbút*, edictum bene compositum, quod vetat, ne quis rationem agendi gentis *Lút* sequatur, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Omar Omari Wásiti*, anno 846 (inc. 12. Mai. 1442) mortuo. — 4576. *El-Hikem El-Alehíyet*, statuta divina de perfectis humanae naturae qualitatibus, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mustafa Amási*. Ad finem operis cujusdam haec habet: Qui statuta religionis per singulas partes distincte perspicere studet, tractatum nostrum modo laudatum inspiciat; est enim rarus et mirabilis in quaestionibus singularibus, eumque sine ullo responso obseratum reliqui iis, qui earum clavem reperient. — 4577. *El-Hikem El-Díníyet*, statuta fidem spectantia et summae veritatis habitacula, auctore Sheikh *Kemál-ed-din Mohammed Ben Abi'lwe'fá Ibn-elmowaccki'* 10 *Halebi*. — 4578. *El-Hikem we El-Anáh*, statuta et dictio „Tempus illi opportunum,“ de analysi grammaticali verborum coranicorum „Non exspectantes

- ناظرين انه لتقى الدين على بن عبد الكافي السبكي الشافعي المتوفى سنة ٧٠٩ هـ ٤٥٧١ الحکم
 مختصر للشيخ نور الدين على بن حسام الدين المعروف بالمتقى المكي اوله الحمد لله رب
 العالمين الخ وللشيخ ابى الحسن البكرى المصرى ايضا اوله الحمد لله الذى انطق السن
 اولياته الخ ٤٥٨. الحکم والامثال لابى احمد الحسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٨٣
 ٤٥٨ الحکم العطائية للشيخ تاج الدين ابى الفضل احمد بن محمد بن عبد الكريم المعروف 5
 بابن عطاء الله الاسكندراني الشاذلي المالكي المتوفى بالقاهرة سنة ٧٠٩ هـ من علامة الاعتماد
 على العمل نقصان الرجاء عند وجود الزلل الخ وهى حكم منشورة على لسان اهل الطريقة
 ولما صنفها عرضها على شيخه ابى العباس المرسي فتأملها وقال له لقد اتيت يا بنى في هذه
 الكرامة بمقاصد الاحياء وزيادة ولذلك تعشقها ارباب الذوق لما رى ليم من معانيها وراق
 وبسطوا القول فيها وشرحوها كثيرا فمن المؤلفات عليها شرح شهاب الدين احمد بن محمد 10

tempus illi opportunum,“ auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 4579. El-Hikem, apophthegmata, auctoribus Sheikh *Núr-ed-din Ali Ben Hosúm-ed-din Mekki*, vulgo *Mottecki* dicto, cujus compendium orditur a verbis: Laus Deo mundorum domino etc., et Sheikh *Abu'lhasan Bekri Misri*, qui ita incipit: Laus Deo, qui effecit, ut linguae dilectorum suorum loquerentur etc. — 4580. El-Hikem we El-Amthál, apophthegmata et parabolae, auctore *Abu Ahmed El-Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuo. — 4581. El-Hikem El-Atáiyet, sententiae Ataiticae, auctore Sheikh *Táj-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-kerim Iskenderáni Shádzili* Malikita, vulgo *Ibn Atáallah* dicto et Cahirae anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. Incipit opus ita: Signum fiduciae in opere quodam positae defectus spei est, quando errores deteguntur etc., et sententias continet oratione soluta ad dictionem theosophorum expressas. Quas cum composuisset et praeceptori suo *Abu'labbás Mursi* obtulisset, hic eas diligenter inspexit, et: „Certe, o mi filiolo, inquit, in hoc fasciculo Dei gratia mirifice conscripto, quaecunque viri illam viam amantes concupiscere possunt et amplius, collegisti.“ Eam ob causam voluptatis mysticae studiosi tractatus amore capti sunt, quod argumenta eis afferret eleganter dicta et admirationem efficeret. Fuse de illis disputarunt, easque saepe commentati sunt. Commentarios enim composuerunt *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Burnusi*

البرنسى المعروف بزروق وهو شرح ممزوج اوله للحمد لله الذى شرف عباده الخ وذكر في بعض شروحه ان الحكيم مرتب بعرضه على بعض فكل كلمة منه توطئة لما بعدها وشرح لما قبلها وانه درس الحكم خمسة عشر درسا وكتب كل مرة شرحا من ظير القلب كله بعبارة اخرى وقيل ان للشيخ زروق ثلاثة شروح على الحكم لكن الاصح ما كتبه نفسه ومنها شرح محمد 5 ابن ابراهيم بن عباد النفري الرندى الشاذلى اوله الحمد لله المنفرد بالعظمة والجلال الخ وسماه غيث المواهب العلية ومنها شرح على بن محمد النفري المذكور وهو شرح ممزوج مبسوط سماه التنبيه وشرح ابي الطيب ابراهيم بن محمود الاقصرائى المواهبى الشاذلى الكنفى اوله احمد من اذبح من اعين قلوب من اخلص الخ ذكر انه شرحها بمكة سنة ٩٠٣ وشرح صفى الدين ابي المواهب ذكره تلميذه ابو الطيب المذكور وقال ان الشارح الجليل الولى ابن 10 عباد وقع بمحن من التطويل وكذا استاذى صفى الدين ومنها شرح محمد بن ابراهيم المعروف بابن الحنبل الحلبي المتوفى سنة ٩٧١ وشرح الشيخ محمد المدعو بعبد الرؤف

vulgo *Zarrúc* dictus, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui cultores suos nobilitate donavit etc., et auctor in alio quodam commentario sententias dicit se invicem justo ordine excipere, ut singula verba transitum aptum parent ad sequentia et praecedentia explicant, seque sententias in quindecim lectionibus esse persecutum et omni tempore explicationem memoriter eamque totam aliis verbis dedisse. Plures Sheikh *Zarrúc* tres tribuunt ad opus *Hikem* commentarios, veritati tamen propius accedit, quod ipse scripsit — porro *Mohammed Ben Ibrahim Ben Abbád Nafzi Rendi Shádzili*, cujus commentarius ita incipit: 5 Laus Deo singulari majestate et gloria unice praedito etc., et *Gheith el-mewáhib el-aliyet* inscriptus est — *Ali Ben Mohammed* eodem nomine *Nafzi* donatus, cujus commentarius amplius textum admixtum habet et *Tenbíh* inscriptus est — *Abu'ttayyib Ibrahim Ben Mahmúd Acseráyi Mewáhibi Shádzili* Hanefita, cujus commentarius ita incipit: Laudo eum, qui e fontibus cordium eorum aquam elicuit, qui sincere eum coluerunt etc. Commentarium se Mekkae anno 903 (inc. 30. Aug. 1497) scripsisse monet — *Safi-ed-din Abu'l-mewáhib*, cujus commentarium *Abu'ttayyib* discipulus ejus modo laudatus commemorat. Commentator, ait, illustris et sanctus *Ibn Abbád* in verborum calamitatem incurrit, ut simili modo *Safi-ed-din* praeceptor 10 meus — *Mohammed Ben Ibrahim Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbal* dictus et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus — Sheikh *Mohammed Monáwi Misri* Shafita, vulgo

المناوى المصرى الشافى سماء الدرر الجوهريّة وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى اطلع
من سماء الذات الخ

فان علم الحكمة

وهو علم يبحث فيه عن حقائق الاشياء على ما هي عليه في نفس الامر بقدر الطاقة
البشرية وموضوعه الاشياء الموجودة في الاعيان والاذهان وعرفه بعض المحققين باحوال الاعيان 5
الموجودة على ما هي عليه في نفس الامر بقدر الطاقة البشرية فيكون موضوعه الاعيان الموجودة
وغايته هي التشرف بالكمالات في العاجل والفوز بالسعادة الاخرية في الآجل وتلك الاعيان
اما الافعال والاعمال التي وجودها بقدرتنا واختيارنا او لا فالعلم باحوال الاول من حيث
يؤدي الى اصلاح المعاش والمعاد يسمى حكمة عملية والعلم باحوال الثاني يسمى حكمة
نظرية لان المقصود منها ما حصل بالنظر وكل منهما ثلثة اقسام اما العملية فلانها اما علم بمصالح 10
شخص بانفراده ليحتل بالفضائل ويتخلى عن الرذائل ويسمى تهذيب الاخلاق وقد ذكر في

Abd-el-rawif dictus, cujus commentarius, El-Dorer El-Jewheriyet inscriptus, textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui e coelo essentiae consideravit etc.

4582. Ilm el-hikmet. Sapientiae disciplina.

Haec doctrina de justa rerum natura, quales revera sunt, quaerit, quantum id per hominum facultatem fieri potest. Objectum ejus sunt res in substantiis et 5 mentibus existentes. Alius quidam vir subtilissimus eam dicit esse cognitionem status substantiarum existentium, quales revera sunt, quantum per hominum facultatem id fieri potest. Ita objectum ejus sunt substantiae existentes. Finis ejus cernitur in nobilitate virtutibus perfectis in hac vita comparanda et in felicitate aeterna in altera vita obtinenda. Substantiae illae aut actiones et opera sunt, quorum existentia aut in potestate nostra et libero arbitrio posita est, aut non est. Scientia eorum, quae ad primum genus pertinent, quatenus ad hanc vitam et alteram bene instituendam ducit, *Philosophia practica* appellatur, et scientia eorum, quae ad secundum pertinent, *Philosophia* 10 *speculativa*, quoniam id, quod spectat, speculando obtinetur. Utrumque genus tres habet species. Practica enim philosophia aut cognitio est occupationum personae separatim spectatae, ut virtutibus se commendet et immunis praestetur a morum pravitate, et haec *Tehdzib el-akhlac* i. e. morum emendatio nominatur, et supra in

علم الاخلاق وأما علم بمصالح جماعة متشاركة في المنزل كالولد والمولود والمالك والمملوك ويسمى تدبير المنزل وقد سبق في التآء وأما علم بمصالح جماعة متشاركة في المدينة ويسمى السياسة المدنية وسيأتى في السنين وأما النظرية فلأنها أما علم باحوال ما لا يفتقر في الوجود الخارجى والتعقل الى المادّة كالآلة وهو العلم الآلى وقد سبق في الالف وأما علم باحوال ما يفتقر اليها في الوجود الخارجى دون التعقل كالكرة وهو العلم الاوسط ويسمى بالرياضى والتعليمى وسيأتى في الرآء وأما علم باحوال ما يفتقر اليها في الوجود الخارجى والتعقل كالانسان وهو العلم الادنى ويسمى بالطبيعى وسيأتى في الطآء وجعل بعضهم ما لا يفتقر الى المادّة اصلاً قسامين فلا يقارنها مطلقاً كالآلة والعقول وما يقارنها لكن على وجه الاقتصار كالوحدة والكثرة وسائر الامور العامّة فسمى العلم باحوال الاول آلياً والعلم باحوال الثانى 10 علماً كلياً وفلسفة اولى واختلفوا في ان المنطق من الحكمة ام لا فمن فسرها بما يخرج به

doctrina morum commemorata est — aut doctrina status societatis in domicilio consortium habentis, ut patris et filii, domini et servi, et haec scientiae pars administratio domus (*Tedbir el-menzil*) dicitur, de eaque supra in litera *Tá* disputatum est — aut doctrina status societatis majoris in eadem urbe mutuum consortium habentis, quae doctrina moderatio urbana (*El-Siyúset El-Medentyet*) dicitur et in litera *Sin* tractabitur.

Philosophia speculativa pariter triplex est, aut doctrina eorum, quae ad ea pertinent, quibus materia in existentia sensibus exterioribus percipienda et intellectu non opus est, qualis est caussa intercedens. Haec doctrina *Ilm Alehi* i. e. doctrina de rebus divinis dicitur, et supra in litera *Elif* tractata est — aut doctrina eorum, 5 quae ad ea pertinent, quibus in existentia sensibus exterioribus percipienda opus est exclusa illa intelligentia, qualis est sphaera, et haec doctrina media est et *Riyádhi* et *Ta'limi* i. e. mathematica dicitur, et in litera *Rá* tractabitur — aut doctrina eorum, quae ad ea pertinent, quibus in existentia sensibus exterioribus percipienda opus est et in intelligentia illa, cujus generis est homo. Haec doctrina omnium vilissima est et *Tabii* i. e. physica appellatur, ut in litera *Tá* describetur. — Nonnulli primam ejus partem ea spectantem, quibus materia non opus est, duplicem esse voluerunt, ut aut ea comprehendat, quae cum materia omnino non conjuncta sunt, ut caussa media et intellectus, aut quae cum ea invicem conjuncta sunt, sed 10 admissa quadam circumscriptione, cujus generis sunt unitas et pluralitas, et ceterae res communes. Doctrina ea spectans, quae ad priorem partem pertinent, Theologia

النفس الى كمالها الممكن في جانبي العلم والعمل جعله منها بل جعل العمل ايضا منها وكذا من ترك الاعيان من تعريفها جعله من اقسام الحكمة النظرية ان لا يبحث فيه آلا عن المعقولات الثابتة التي ليس وجودها بقدرتنا واختيارنا وأما من فسرها باحوال الاعيان الموجودة وهو المشهور بينهم لم يعده منها لأن موضوعه ليس من اعيان الموجودات والامور العامة ليست بموضوعات بل محمولات تثبت للاعيان فيدخل في التعريف ومن الناس من جعل الحكمة 5 اسما لاستكمال النفس الانسانية في قوتها النظرية اى خروجها من القوة الى الفعل في الادراكات التدرجية والتصديقية بحسب الطاقة البشرية ومنهم من جعلها اسما لاستكمال القوة النظرية بالادراكات المذكورة واستكمال القوة العلية باكتساب الملكة التامة على الافعال الفاضلة المتوسطة بين طرفي الافراط والتفريط وكلام الشيخ في عيون الحكمة مشعر بالقول الاول وهو أنه جعل

seu doctrina de rebus divinis, et doctrina ea spectans, quae ad posteriorem partem pertinent, doctrina universalis dicitur et philosophia prima. — Variam sententiam secuti sunt in quaestione, utrum logica ad philosophiam pertineat nec ne. Qui illam definiunt per eam rem, qua anima ad perfectionem evehitur possibilem, quam et theoretice et practice obtinere queat, eam philosophiae partem esse voluerunt, at illi praxin quoque ejus partem fecerunt. Eodem modo ii, qui substantias in ejus definitionem admiserunt, partem philosophiae speculativae eam fecerunt, cum ibi non nisi de rebus probatis ratione percipiendis quaeratur, quarum existentia in nostra potestate et libero arbitrio non sita est. Qui philosophiam per cognitionem eorum explicant, quae ad substantias existentes pertinent, quae definitio maxime apud eos usu recepta, logicam non ad philosophiam referunt, cum ejus objectum minime ad substantias 5 rerum existentium pertineat et res generales non in objectis numerentur, sed attributa sint, quae in substantias cadant, ita ut logica definitioni philosophiae inhaereat. — Sunt qui philosophiam nomen esse dixerunt desiderii, animam humanam in facultate sua speculativa perfectam reddendi i. e. transmutanda ejus vi facultativa in activam, quatenus haec perceptiones imaginatione effictas et veritatem monstrantes spectat, quoad id per vim humanam fieri potest. Alii idem philosophiae nomen studio tribuerunt, facultatem speculativam perceptionibus modo dictis perfectam reddendi, et studium facultatem practicam consummandi acquirenda virtute perfecta egregie agendi, ita ut semper medium teneamus inter terminos et studii et negligentiae modum excedentis. Quae Sheikh *Ibn Sina* in opere *Oyün el-hikmet* disserit, primam illam

الحكمة أسماء للكلمات المعتبرة في القوة النظرية فقط وذلك لأنه فسّر الحكمة باستكمال النفس الإنسانية بالتصورات والتصديقات سواء كانت في الأشياء النظرية أو في الأشياء العملية فهي مفسرة عنده باكتساب هذه الإدراكات وأما اكتساب الملكة التامة على الأفعال الفاضلة فما جعلها جزءاً منها بل جعلها غاية للحكمة العملية وأما حكمة الإشراف فهي من العلوم الفلسفية 5 بمنزلة التصوّف من العلوم الإسلامية كما أنّ الحكمة الطبيعية واللاهية منها بمنزلة الكلام منها وبين ذلك أنّ السعادة العظمى والمرتبة العليا للنفس الناطقة هي معرفة الصانع بما له من صفات الكمال والتنزه عن النقصان وبما صدر عنه من الآثار والأفعال في النشأة الأولى والآخرة وبأجملة معرفة المبدأ والمعاد والطريق إلى هذه المعرفة من وجهين أحدهما طريقة أهل النظر والاستدلال وثانيهما طريقة أهل الرياضة والمجاهدات والسالكون للطريقة الأولى أن التزموا 10 ملّة من ملل الأنبياء فيمتكلمون والآفيم الحكماء المشاؤون والسالكون إلى الطريقة الثانية

definitionem indicant; philosophiam enim nomen esse vult virtutum in sola facultate speculativa insignium. Jam philosophiam per studium definit, animam humanam rebus imaginatione conceptis et argumentis veritatem probantibus perficiendi, sive haec ad res speculativas sive ad practicas pertineant, ita ut philosophia ad ejus definitionem in his comprehensionibus acquirendis consistat. Facultatis perfectae comparationem vim suam in facta praestantia exercentis minime partem philosophiae fecit, sed eam finem philosophiae practicae propositum esse voluit.

Philosophia illuminationis (*Hikmet el-ishrâc*) sive Neo-Platonica inter veteres disciplinas philosophicas eundem locum tenet quem Theosophia inter doctrinas Islami, 5 simili modo, quo philosophia physica et theologica inter illas disciplinas locum tenet, quem theologia dogmatico-scholastica inter has. Ad rem exponendam monemus haec. Felicitas maxima et summus beatitudinis gradus animae ratione praeditae cognitio creatoris est cum omnibus ejus perfectis attributis et immunitate ab omni defectu omnibusque ejus monumentis et factis praeclaris, quae eum in prima et altera creatione auctorem habent, et ut breviter dicam, cognitio est rerum ad hanc et alteram vitam pertinentium. Haec cognitio duplici ratione comparatur; prior est illa, quam speculationis et argumentationis asseclae sequuntur; posterior ea, quam abstinentiae et certaminum studiosi tenent, quibus se cupiditatesque comprimunt. 10 Qui viam priorem ingrediuntur, si sectam quandam amplexi sunt prophetarum, scholastici, sin minus, philosophi sunt peripatetici. Qui vero secundam viam sequuntur,

ان وافقوا في رياضتهم احكام الشرع فهم الصوفيّة وآلا فهم الحكماء الاشراقيون فلكلّ طريقة طائفتان وحاصل الطريقة الاولى الاستكمال بالقوة النظرية والترقى في مراتبها الاربعة اعنى مرتبة العقل البيولائى والعقل بالفعل والعقل بالملكة والعقل المستفاد والاخيرة هى الغاية القصوى لكونها عبارة عن مشاهدة النظريات التى ادركتها النفس بحيث لا يغيب عنها شىء ولهذا قبل لا يوجد المستفاد لاحد في هذه الدار بل في دار القرار اللهم آلا لبعض المتجردين عن 5 علانف البدن والمنخرطين في سلك اجردات وحاصل الطريقة الثانية الاستكمال بالقوة العملية وان قى في درجاتها التى اولها تهذيب الظاهر باستعمال الشرائع والنواميس الالبية وثانيها تهنيب الباطن عن الاخلاق الذميمة وثالثها تحلى النفس بالصور القدسية الخالصة عن شوائب الشكوك والارحام ورابعها ملاحظة جمال الله تعالى وجلاله وقصر النظر على كماله والدرجة الثالثة من هذه القوة وان شاركتها المرتبة الرابعة من القوة النظرية في آنا تفيض على النفس 10

si in vita ascetica cum legis statutis consentiunt, theosophi, sin minus, philosophi sunt illuminati (Academici sive Platonici). Utrique igitur viae duo sunt genera sectatorum. Fructus alterius viae studium est se facultate speculativa perfectum reddendi et ad hujus quatuor gradus adscendendi, qui sunt intellectus materialis, intellectus agens (*κατ' ἐνέργειαν*), intellectus recipiens et intellectus bene edoctus. Hic ultimus gradus finis extremus est; exprimit enim rerum sub speculationem cadentium intuitum, quas anima percipit, quatenus nulla res ei invisibilis est. Hanc 5 ob causam neminem in hoc terrestri domicilio intellectu perfecte edocto praeditum inveniri statuunt, sed in aeterno illo et stabili domicilio tantum, nisi qui omnes plane corporis affectus deposuerit et se quasi in viam rerum abstractarum immiserit. — Fructus secundae viae studium est plenior sibi facultatis practicae usum pariendi et in ejus gradibus se evehendi, quorum primus est exterioris consuetudinis emendatio observandis legibus et praeceptis divinis. Secundus ejus gradus est perpolitio et liberatio interioris sensus a moribus vituperationi obnoxiiis. Tertius gradus animae exornatio est imaginibus sanctis a sordibus dubitationis et errorum liberis. Quartus denique gradus intuitio est majestatis ac magnitudinis divinae, et contemplatio in sola Dei perfectione versans. — Tertii hujus facultatis gradus quanquam quartus 10 ope contuitus praesentis effundit, ut in intellectu disciplina perfecto, attamen duplici modo a se invicem differunt; primum enim fructus ex intellectu bene edocto captus

منها صور المعلومات على سبيل المشاهدة كما في العقل المستفاد آلا أنبا تفارقنا من وجبين
 احدهما أن الحاصل في المستفاد لا يخلو عن الشبهات الويية لأن الوهم له استيلاء في طريق
 المباحثة بخلاف تلك الصور القدسية فإن القوى المحسية قد سخرت هناك للقوة العقلية فلا
 تنازعها فيها يحكم به وثانيهما أن الفأض على النفس في الدرجة الثالثة قد تكون صوراً
 5 كثيرة استعدت النفس بصفتها عن الكدورات ومقاتلتها عن اوساخ التعلقات لأن تقيص تلك
 الصور عليها كمرآة صقلت وحوذى بها ما فيه صور كثيرة فإنه يترأى فيها ما يتسع في من
 تلك الصور والفأض عليها في العقل المستفاد هو العلم التي تناسب تلك المبادئ التي
 رتبها معاً للتأدي الى مجبول كمرآة صقل شيء يسير منها فلا يرتسم فيها آلا شيء قليل من
 الاشياء المحاذية لها قال ابن خلدون في المقدمة وأما العلوم العقلية التي هي طبيعة للانسان
 10 من حيث أنه ذو فكر فهي غير مختصة بملة بل يوجد النظر فيها لاهل الملل كليم ويستوون
 في مداركها ومباحثها وهي موجودة في النوع الانساني مذ كان عمران الخليفة وتسمى

non liber est a dubiis e falsa opinione proficiscentibus; imaginandi enim vis imperium
 in rationem inquisitionis exercet, qua in re imagines illae sanctae adversantur;
 facultas certe intellectualis hic interdum se regi patitur a facultatibus sensualibus, ita
 ut illa certamen non ineat cum his in iis rebus, quas hae edicunt. Secundo loco id
 quod super animam in tertio gradu effusum est, interdum sunt plures imagines, quas
 anima per suam ab impuritatibus immunitatem et alienarum affectionum sordium
 vacationem effingit. Effusio enim harum imaginum super animam similis est speculo 5
 perpolito, cui multarum imaginum materia e regione obversatur; in speculo enim
 apparet, quantum harum imaginum continere potest, et quae super eam in intellectu
 disciplina perfecto emanant, doctrinae sunt his principiis analogae, quae simul
 secundum ordinem disponuntur, ut ad rem adhuc incognitam perveniatur, speculi
 instar, cujus parva tantum pars polita est, ut nonnisi paucae res ex ejus regione
 obversantes exprimentur.

Apud *Ibn Khaldún* in Prolegomenis haec leguntur. „Disciplinae rationales, in
 quas homo naturali impetu inclinatur, quatenus facultate cogitandi praeditus est, minime
 cuidam sectae prae ceteris peculiare sunt, at potius omnium disciplinarum assecrae 10
 earum studio dediti inveniuntur, seque totos in earum mysteria et quaestiones abdi-
 derunt. Inveniuntur igitur in genere humano disciplinae illae ab eo inde tempore, quo
 homines societate conjuncti terram incoluerunt. — Nominantur autem illae disciplinae

هذه العلوم علوم الفلسفة والحكمة وهي سبعة المنطق وهو المقدم وبعده التعاليم كالارثماطيقى
 أولاً ثم الهندسة ثم البيئة ثم الموسيقى ثم الطبيعيات ثم الالهيات ولكل واحد منها فروع
 تتفرع عنه وأعلم أن أكثر من عني فيما في الاجيال الامتان العظيمتان فارس والروم فكانت
 اسواق العلوم نائقة لديهم لما كان العمران موفوراً فيهم والدولة والسلطان قبل الاسلام ليهم
 وكان للكلدانيين ومن قبلهم من السريانيين والقبض عناية بالسحر والنجامة وما يتبعها من 5
 التآثيرات والظلمات واخذ عنهم الامم من فارس ويونان ثم تتابعت الملل بحظر ذلك
 وتحريمه فدرست علومه آلا بقايا تناقلها المنحلون وأما الفرس فكان شأن هذه العلوم العقلية
 عندهم عظيماً وقد يقال أن هذه العلوم آتت وصلت الى يونان منهم حين قتل الاسكندر دارا
 وغلب على مملكته واستولى على كتبهم وعلومهم آلا أن المسلمين لما اقتنحوا بلاد فارس واصابوا
 من كتبهم كتب سعد بن ابى وقاص الى عمر بن الخطاب يستأذن في شأنها وتنقلها للمسلمين 10

(graece) doctrinae philosophiae (*Olúm el-filsafa*) et (arabice) sapientiae (*Olum el-hikmet*), et septem sunt numero — *Logica*, quae quasi aditum ad ceteras aperit — post hanc disciplinae mathematicae, qualis est primum arithmetica, tum geometria — astronomia — musica — disciplinae physicae — disciplinae de rebus divinis — quibus singulis doctrinae subjectae sunt, quae ex iis derivantur. Scias etiam, qui eas praecipue sibi curae habuerunt inter nationes, populos fuisse illos magnos Persarum et Graeco-Romanorum, apud quos omnia cognitionum genera abunde colebantur, cum societas, qua cives secum conjuncti erant, integra et perfecta, et imperium et 5 summa potestas ante Islamum iis esset. Chaldaei et qui ex Syris et Coptis ante eos vivebant, ad magiae et astrologiae studium se contulerunt, et virium, quas sidera in hominum fata exercent, talismatumque, quae cum illis conjuncta sunt. Hos populos Persae et Graeci praeceptores habuerunt, quos ceterae nationes deinceps secutae sunt, quanquam studium illud impeditum et prohibitum esset. Deinde rerum harum doctrinae extinctae sunt praeter nonnullas reliquias, quas, qui eas profitebantur, sibi invicem tradiderunt. Apud Persas quoque illae disciplinae rationales magni aestimatae erant, et eas nonnisi ab illis ad Graecos eo tempore transiisse memoriae traditum est, quo Alexander M. Darii devicti regno potitus sit, et Persarum libros doctrinasque in suam potestatem redegerit. Cum vero Moslimi Persarum terras expugnarent et 10 libros invenirent, *Sa'd Ben Abi Waccás Omaro Ben-elkhattáb* scripsit rogaturus, quid his faceret et si eos Moslimis tradere permitteret. *Omar*: Conjicite eos in

فكتب اليه عمر رضى الله عنه ان اطرحوها في الماء فان يكن ما فيها حدى فقد حدانا
 الله باعدى منه وان يكن صلاحاً فقد كفانا الله فطرحوها في الماء او في النار ونهبت علم
 الفرس فيها واما الروم فكانت الدولة فييم ليونان اولاً وكان لهذه العلوم شأن عظيم وحلبنا
 مشاعير من رجالهم مثل اساطين الحكمة واختص فيها المشاؤون منهم اصحاب الرواق واتصل
 5 سند تعليمهم على ما يرضون، من لدن لقمان الحكيم في تلميذه الى سقراط ثم الى تلميذه
 افلاطون ثم الى تلميذه ارسطو ثم الى تلميذه الاسكندر الافروديسى وكان ارسطو ارسخيم
 في هذه العلوم ولذلك يسمى المعلم الاول ولما انقرض امر اليونانيين وصار الامر للقيصرية
 وتنصروا هجروا تلك العلوم كما يقتضيه الملل والشرائع وبقيت من صحتها ودواوينها مخلدة
 في خزائنهم ثم جاء الاسلام وظير اعلم عليهم وكان ابتداء امرهم بالغفلة عن الصنائع حتى اذا
 10 تنحصر السلطان والدولة واخذوا من الحصار تشوقوا الى الاطلاع على هذه العلوم الحكمية بما
 سمعوا من الاساقفة وبما تسموا اليه افكار الانسان فيها فبعث ابو جعفر المنصور الى ملك

aquam, inquit. Si, quae continent, veram religionis viam indicant, Deus nobis
 monstravit viam melius ducentem, sin errorem, Deus nos tutos praestet. Itaque
 conjecerunt eos in aquam sive in ignem, ubi doctrinae Persarum perierunt. — Graeco-
 Romani primum Graecorum imperio subjecti erant, et illae literae honore magno ibi
 colebantur easque viri clarissimi columinum philosophiae instar sustinebant. Prae
 ceteris autem Peripatetici peculiare studium ad eas contulerunt et inter hos Stoici,
 eorumque eruditionis auctoritas a *Locman* Sapiente per hujus discipulum ad *Socratem*
 transiit, tum ad *Platonem* discipulum et per hunc ad *Aristotelem* discipulum et 5
 denique ad *Alexandrum Aphrodisiaem*; sed *Aristoteles* has disciplinas prae ceteris
 penitus perceperat, quapropter *primus doctor* appellatus est. Graecorum res cum
 postea ad finem vergerent, et Caesares imperio potiti et religionem Christianam
 amplexi essent, illas disciplinas reliquerunt, prout religionis novae praecepta et leges
 postulabant, et multa earum volumina codicesque in illorum bibliothecis bene
 conservata remanebant. Tum *Islam* apparuit, cujus asseclae Caesaribus victis ab
 imperii initio artes valde neglexerunt, donec, cum Sultani et principes liberius
 respirarent et in domiciliis firmis habitare coepissent, desiderio illas disciplinas 10
 philosophicas altius cognoscendi afficiebantur, ratione eorum habita, quae ab episcopis
 audiverant, et ad quae homines de iis cogitantes se ipsi efferunt. Itaque *Abu Ja'far*

الروم أن يبعث إليه بكتب التعاليم مترجمة فبعث إليه بكتاب اقليدس وبعض كتب الطبيعيات
 وقرأها المسلمون واطلعوا على ما فيها وأردوا حرصاً على الظفر بما بقى منها وجاء المأمون
 من بعد ذلك وكانت له في العلم رغبة فاوحد الرسل إلى ملك الروم في استخراج علوم اليونانيين
 وانتساحياً بالحدّ العربي وبعث المترجمين لذلك فادعى منه واستوعب وعكف عليها النظار من
 أهل الاسلام وحذقوا في فنونها وانتهت إلى الغاية انظارهم فيها وخالفوا كثيراً من آراء المعلم
 الأول واختصه بالردّ والقبول ودوّنوا في ذلك الدواوين وكان من اكابرهم في الملة ابو نصر
 الفارابي وابو علي ابن سينا بالمشرق والقاضي ابو الوليد ابن رشد والوزير ابو بكر ابن الصانع
 بالاندلس بلغوا الغاية في هذه العلوم واقتصر كثير على انتقال التعاليم وما ينضاف اليها من
 علوم النجامة والسحر والطلسمات ووقفت الشبهة على مسلمة بن احمد المجريطي من أهل
 الاندلس ثم أن المغرب والاندلس لما ركدت ريح العمران بيما وتناقضت العلوم بتناقضه 10

Mansúr Khalifa ad Byzantinorum imperatorem legatos misit, qui peterent, ut sibi
 libros mathematicos mitteret arabice traditos. Quo facto librum Euclidis ei misit et
 nonnulla scripta physica, quae Moslimi legerunt attente ea, quae ibi dicta essent,
 inspicientes. Desiderium inde illis crevit, omnes libros adhuc conservatos sibi
 comparandi. Tum *Mamún* Khalifa factus est, qui magno studio scientiam amplectebatur,
 ut ad Graecorum imperatorem legatos mitteret de ceteris eorum disciplinis eliciendis,
 scriptura arabica exarandis et interpretibus in hunc finem allegandis. Inde sibi omnia
 5 fere, quae reliqua erant, vindicavit, et studiosi inter Moslimos disciplinis illis assidue
 operam dederunt earumque partes secundarias perdidicerunt. Itaque studia eorum ad
 summum fastigium pervenerunt, studiosi a multis doctoris primi sententiis disces-
 serunt eumque vel approbando vel reprobando peculiariter persecuti sunt et de ea re
 tractatus composuerunt. Inter Mohammedanos subtilissimi harum rerum scrutatores
 fuerunt *Abu Nasr Farábi* et *Abu Ali Ibn Sina* in Oriente, *Cadhi Abu'lwelid Ibn*
Roshd et *Wezír Abu Bekr Ibn-elsáni'* in Hispania, qui ad summum harum doctrinarum
 gradum pervenerunt. Plures in disciplinis mathematicis tractandis acquieverunt, et
 in astrologia, magia et talismatum arte, quae cum illis conjunctae sunt, cujus rei
 ultimam gloriam *Maslama Ben Ahmed Majeriti* inter Andalusenos consecutus est.
 10 Cum postea ventus communis hominum consociationis in Africa et Hispania cessaret
 et studio ejus languescente disciplinae quoque exstingerentur, eruditio illa disparuit,

اضمحلت ذلك منه آلا قليلا من رسومه وبيبلغنا عن احد المشرق ان بضايح هذه العلوم لم
 تنزل عندهم موفورة وخصوصا في عراق العجم وما وراء النهر لتوفر عمرانيهم واستحكام الحضارة
 فيهم وكذلك يبلغنا لهذا العيد ان هذه العلوم الفلسفية ببلاد الفرنجة وما يليها من العدة
 الشمالية نائفة الاسواق وان رسوما هناك متجددة ومجالس تعليمها متعددة انتهى خلاصة ما
 5 ذكره ابن خلدون اقول وكانت سوى الفلسفة والحكمة نائفة في الروم ايضا بعد الفتح الاسلامي
 الى اواسط ابدولة العثمانية وكان شرف الرجل في تلك الاعصار بمقدار تحصيله واحاضته من
 العلوم العقلية والنقلية وكان في عصرهم فحول ممن جمع بين الحكمة والشريعة كالعلامة شمس
 الدين الفناري والفاضل قاضي زاده الرومي والعلامة خواجه زاده والعلامة علي قوشجي والفاضل
 ابن المؤيد وميرم جلبي والعلامة ابن الكمال والفاضل ابن الحنائى وهو آخرهم ولما حلت اوان
 10 الانحطاط ركبت ربح العلوم وتناقضت بسبب منع بعض المقتنين عن تدريس الفلسفة
 وسوقه الى مدرس البداية والاكمل فاندرس العلوم باسرها آلا قليلا من رسومه فكان

paucis reliquiis exceptis. Ab Orientis incolis vero accepimus, harum doctrinarum
 mercaturam apud eos magnam esse et copiosam non cessisse, maxime in Iraca persica
 et in terris trans Oxum sitis, cum vita socialis ibi in magno honore esset et hominum
 in domiciliis stabilibus conciliatio bene et firme constituta. Eadem ratione hoc tempore
 audimus, disciplinas illas philosophicas in terris Francorum et regionibus ad oram
 septentrionalem illis proxime adjacentibus studiosissime et frequenter tractari, praecepta
 illarum ibi renovata et scholas, ubi docentur, numero auctas esse. — Haec summa
 eorum est, quae *Ibn Khaldún* monuit. — Adjicio haec. Philosophiae et sapientiae 5
 studium apud Graeco-Romanos post victorias Mohammedanorum quoque usque ad
 medium tempus imperii Othomani prosperrimo floruit successu, et vir illis temporibus
 se pro ratione honoratum vidit, qua in disciplinis rationalibus et traditionalibus
 discendis et intelligendis profecerat. Eodem tempore viri praestantissimi inter eos
 apparuerunt, qui philosophiam et legem conjungebant, ut vir eruditissimus *Shems-ed-din*
Fenári, bene meritus *Cádhi-zúdek Rúmi*, doctissimus *Khojazádeh*, doctissimus *Ali*
Cushji, bene meritus *Ibn-elmowayyed* et *Mírem Jelebi*, eruditissimus *Ibn-elkemúl*
 et bene meritus *Ibn-elhinnáyí*, qui eorum ultimus fuit. Appropinquante deinde
 tempore, quo res in deterius abibant, studiorum ventus cessavit et exstinctus est 10
 eam potissimum ob causam, quod Mufti quidam lectiones philosophicas prohibuerat
 et ad audiendos excitaverat praeceptores, qui librum *Hidáyet* et scripta ab *Akmal*
 edita docebant. Itaque doctrinae omnes paucis exceptis vestigiis deletae sunt, et

المولى المذكور سبباً لانقراض العلوم من الروم كما قال مولانا الاديب شهاب الدين الخفاجى في خبايا الزوايا وذلك من جملة اماره انحطاط الدولة كما ذكره ابن خلدون وحكم لله العلى العظيم ونقل النديم في الفهرست انه كانت الحكمة في القديم ممنوعاً منياً الا من كان من اهلها ومن علم انه يتقبلها طبعاً وكانت الفلاسفة تنظر في مواليد من يريد الحكمة والفلسفة فان علمت منياً ان لصاحب المولد في مولده حصول ذلك استخدموه وناولوه 5 للحكمة والا فلا فكانت الفلسفة ظاهرة في اليونانيين والروم قبل شريعة المسيح عليه السلام فلما تنصرت الروم منعوا منياً واحرقوا بعضها وخرنوا البعض ان كانت بصد الشرائع ثم ان الروم عادت الى مذهب الفلاسفة وكان السبب في ذلك ان جوليانوس بن قسطنطين وزير له تامسطيوس مفسر كتب ارسطاطاليس ثم قتل جوليانوس في حرب الفرس وعادت النصرانية الى حالها وطل المنع ايضا وكانت الفرس نقلت في القديم شيئاً من كتب المنطق والطب الى اللغة الفارسية 10 فنقل ذلك الى العربى عبد الله بن المقفع وغيره وكان خالد بن يزيد بن معاوية يسمى

Molla ille caussa primaria exstitit, quod doctrinae e Rumaeorum terris expellebantur, ut Molla noster philologus *Shehab-ed-din Khafaji* in *Khabaya el-zawaya* diserte dicit. Eadem res, auctore *Ibn Khaldun*, una omnium illarum caussarum fuit, quibus imperium in perniciem ferebatur; arbitrium autem est penes Deum excelsum et magnum. *Nedim* in opere *Fihris* philosophiae studium tradit antiquo tempore recusatum esse nisi ingeniis capacibus et iis, qui se a natura in eam amplectendam inclinatos sensissent; philosophi autem eorum examinabant nativitates, qui ad sapi- 5 entiam et philosophiam adspirabant, et si studioso horoscopo subjecto illius doctrinae acquisitionem natali suo tempore portendi inde cognoscebant, hunc in philosophiae servitutum addixerunt eique philosophiam propinarunt; sin minus, nihil fecerunt.

Philosophiae studium inter Graecos et Romanos jam ante religionem Messianam originem cepit; Romani autem Christiani facti ab eo avocarunt, et partem librorum in ignem conjecerunt, partem in bibliothecis asservarunt, quod religionis praeceptis repugnabant. Postea Rumaei ad philosophorum disciplinam se revocarunt; Juliano enim Constantini successori Themistius, librorum Aristotelis interpres, Wezirus fuit. Deinde Juliano in bello contra Persas interfecto Christiani ad priorem statum se 10 retulerunt, et philosophiae studium denuo est impeditum. Persae quoque tempore antiquo librorum logicorum et medicorum partem in linguam persicam transtulerunt, unde eos *Abdallah Ben-elmocaffa* alique arabice verterunt. *Khálid Ben Yezid Ben*

حكيم آل مروان فاضلاً في نفسه له حمة ومحبة للعلوم خطر بباله الصنعة فاحضر جماعة من
 الفلاسفة فامرهم بنقل الكتب في الصنعة من اليوناني الى العربي وهذا أول نقل كان في الاسلام
 ثم ان المأمون رأى في منامه رجلاً حسن الشمائل فقال من انت فقال انا ارسطاطاليس
 فسئل عن الحسن فقال ما حسن في العقل قال ثم ما ذا قال ما حسن في الشرع فكان هذا
 5 المنام من اوكد الاسباب في اخراج الكتب وكان بينه وبين ملك الروم مراسلات وقد استظبر
 عليه المأمون فكتب اليه يسأله انما ما يختار من الكتب القديمة المخزونة بالروم فاجاب
 الى ذلك بعد امتناع فاخرج المأمون لذلك جماعة منهم للججاج بن مطر وابن البتريق
 وسلما صاحب بيت الحكمة فاخذوا ما اختاروا وحملوه اليه فامرهم بنقله فنقل وكان يوحنا
 ابن ماسويه ممن ينفذ الى الروم وكان محمد واجد والحسن بنو شاعر المنتجم ممن عني
 10 باخراج الكتب وكان قسطا بن لوقا البعلبكي قد حمل معه شيئاً فنقل له وأول من

Moawiya philosophus Merwanidarum appellabatur, qui ipse doctrina excellens et
 literis studio et amore addictus fuit. Aliquando cogitatio magnae artis (Alchymiae)
 eum subiit; itaque plures philosophos sibi adesse et hos e graeco sermone in arabicum
 libros de lapide sapientum transferre jussit, quae opera prima exstitere Islami
 tempore versa. Postea *Mamún* per somnium virum vidit praestantissima indole
 praeditum. Quinam esset? interroganti: Aristotelem se esse, hic respondit. *Mamúno*
 de eo, quod pulchrum esset, roganti: In intellectu nihil pulchri esse, responsum is
 dedit. Ille: Quidnam porro? Nec legi pulchri quidquam inesse hic edixit. 5
 Somnium hoc primaria et efficacissima caussa fuit librorum eliciendorum, quapropter
 mutuam epistolarum commercium inter Khalifam et imperatorem Byzantium institue-
 batur, quem *Mamún* bello superaverat. Scripsit igitur petiturus, ut sibi, quidquid
 scriptorum veterum eligebat in Graecorum imperio asservatorum, transmitteret.
 Khalifae quae petierat primum denegans postea concessit; *Mamún* autem rem
 pluribus viris doctis gerendam tradidit, ut *Hejjájo Ben Matar*, *Ibn Bitric* et *Selma*
 domus sapientiae hero, qui quae bona elegerant, sumserunt *Mamúno*que obtulerunt.
 Hic ea verti jussit, et vertebantur. *Johanna Ben Masuyeh* inter eos fuit, qui ad
 Rumaeos mittebantur, et *Mohammed* et *Ahmed* et *Hasan Shákiri* astronomi filii e
 ceteris fuerunt, qui librorum inveniendorum procuracionem habebant. Eodem modo 10
Costa Ben Luca Baalbeki nonnulla secum attulerat, quae *Mamúno* vertit. Primi

تكلّم في الفلسفة على زعم فرفوربوس الصوري في تأريخه السرياني سبعة وأونم ثاليس وقال آخرون فوتاغورس وهو أول من سمى الفلسفة بهذا الاسم وله رسائل تعرف بالذهبيات لأن جالينوس كان يكتبها بالذهب ثمّ تكلم على الفلسفة سقراط من مدينة آتينه بلد الحكمة ومن اصحاب سقراط افلاطون كان من اشرف يونان وكان في قديم امره يميل الى الشعر فأخذ منه بحظّ عظيم ثمّ حضر مجلس سقراط فرآه ينلب الشعر فتركه ثمّ انتقل الى فيثاغورس في 5 الاشياء المعقولة وعنه اخذ ارسطاطاليس والف كتابا وترتيب كتبه هكذا المنطقيات الطبيعية الالبيات الخلقيات اما المنطقيات فهي ثمانية كتب قاضيغورياس معناه المقالات نقله حنين وفسره فرفوربوس والفارابي بارمينياس معناه العبارة نقل حنين الى السرياني واسحق الى العربي وفسره الفارابي انالوطيقا معناه تحليل القياس نقله تيبودورس الى العربي وفسره الكندي انودخطيقا ومعناه البرهان نقله اسحق الى السرياني ونقل متى نقل اسحق الى العربي وشرحه 10 الفارابي طوبيقا ومعناه الجدول نقله اسحق الى السرياني ونقل يحيى هذا النقل الى

vero, qui ad mentem Porphyrii Tyrii in historia Syriaca de philosophia disseruerunt, septem sunt numero, quorum primus *Thales* exstitit, sive, ut alii dicunt, *Pythagoras*. Hic saltem philosophiam primus hoc suo nomine appellavit, et tractatus scripsit aureorum titulo claros; etenim Galenus auro eos exarabat. Tum Socrates Athenis oriundus, quae sedes erat philosophiae primaria, philosophatus est, et inter Socratis discipulos Plato, Graecorum illustrissimorum unus, qui a primo quidem aetatis tempore in poësin inclinaverat, ut magnam ejus partem sibi comparasset. Hic Socratis 5 lectionibus adesse coepit. Quem cum poësin conviciis consecrari videret, eam reliquit et ad Pythagorae scholam se vertit in rebus intellectualibus. Illum Aristoteles praeceptorem habuit, multorum librorum auctor, qui ordine se ita excipiunt, ut logicos, physicos et theologicos ethici sequantur. Ad scripta logica referuntur octo: *Categoriae*, quae vox praedicamenta significat. Hoc opus *Honein* vertit et *Porphyrius* et *Fârâbi* explicuerunt — *Barrierminâs* (περι ἐρωτησῆας), quae vox interpretationem significat. Hoc opus *Honein* syriace et *Is'hac* arabice vertit; *Fârâbi* autem ejus explicationem scripsit — *Anâlûtica* (Analytica priora, libri resolutorii), quae vox solutionem syllogismi significat. Hunc tractatum Theodorus arabice vertit et *Kindi* 10 explicuit — *Apodictica*, quae vox argumentum indicat. Opus *Is'hac* syriace vertit, et hujus translationem *Matta* arabice reddidit et *Fârâbi* commentatus est — *Topica* i. e. dialectica (disquisitio), quae *Is'hac* syriace reddidit. *Yahya* hanc versionem

العربي وفسره الفارابي سوفسطيقا ومعناه المغالطة والحكمة الموهبة نقله ابن ناعمة الى السرياني ونقل يحيى بن عدى الى العربي من السرياني وفسره الكندي ريطوريقا معناه الخطابة قيل ان اسحق نقله الى العربي وفسره الفارابي انوضيقا معناه الشعر نقله متى من السرياني الى العربي وقد ذكرنا هذه الالفاظ في مواضعها مع زيادة تفصيل واما الطبيعيات والآليات ففيها كتاب 5 السماع الطبيعى بتفسير الاسكندر فهو ثمان مقالات ووجد تفسير مقالة مقالة لجماعة وكتاب السماء والعالم وهو اربع مقالات نقل متى وشرح الافروديسى وكتاب الكون والفساد نقله حينئذ الى السرياني واسحق الى العربي وكتاب الاخلاق فسه فرثوريوس اسماء المنقلة اصطفن انقدم نقل للخالد بن يزيد كتب الصنعة وغيرها والبصريف كان في أيام المنصور ونقل اشياء بامره وابنه يحيى والحجاج بن مطر وهو الذى نقل المجسطى واثليدس للمأمون وابن ناعمة عبد 10 المسيح الحمصى وسلام الابرش من المنقلة انقدماء في أيام البرامكة وحسين بن يبيريق فسّر للمأمون عدة كتب وعلال بن ابي حلال الحمصى وابن اوى وابونوح بن الصلت وابن رابطة

arabicam fecit, *Fārābi* autem exposuit — *Sophistica* i. e. fraudes sive captiones sophisticae et philosophia captiosa. Haec sophismata *Ibn Nāima* syriace tradidit, *Yahya Ben Adī* e syriaco arabice dedit et *Kindī* explicuit — *Rhetorica* i. e. artis rhetoricae libri III, quos *Is'hac* arabice tradidisse dicitur et *Fārābi* exposuit — *Anutica* i. e. liber de arte poetica, quem *Matta* e syriaco sermone in arabicum transtulit. Hos titulos omnes locis suis commemoravimus, addita fusiore partium singularum descriptione. — Ad scripta physica et theologica pertinent liber de auditu 5 naturali cum interpretatione Alexandri, qui octo dissertationibus constat, in quas singulas interpretationes a pluribus viris editae sunt — liber de coelo et mundo, quatuor partibus constans, quem *Matta* vertit et *Aphrodisiaeus* explicuit — liber de generatione et corruptione, quem *Honein* syriace, *Is'hac* arabice vertit — Ethicorum liber, quem Porphyrius explicuit. — Nomina interpretum haec sunt: *Stephanus* senior, qui *Chālido Ben Yezid* libros de lapide sapientum et alia transtulit — *Bitric*, qui tempore *Mansūri* vixit, et ejus jussu plura vertit — *Yahya* ejus filius — *Hejjāj Ben Matar*, qui *Almagestum* et *Euclidem Mamūno* transtulit — *Ibn Nāima Abd-el-mesih* Emessenus — *Sellām El-Ebresh* ex interpretibus veteribus tempore 10 Barmekidarum — *Hosein Ben Behric*, qui *Mamūno* plures libros exposuit — *Hi'āl Ben Abi Hilāl* Emessenus — *Ibn Awca* — *Abu Nuh Ben-elsalt* — *Ibn Rābita* —

وعيسى بن نوح وقسطا بن لوقا البعلبكي جيد النقل وحنين واسحق وثابت وابراهيم بن الصلت ويحيى بن عدى وابن المقفع نقل من الفارسية الى العربية وكذا موسى ويوسف ابنا خالد والحسن بن سهل والبلادري ومنكه الهندي نقل من الهندية الى العربية وابن وحشية نقل من النبطية الى العربية وذكر الشهرستاني في الملل والنحل ان فلاسفة الاسلام الذين فسروا ونقلوا كتبه من اليونانية الى العربية واكثرهم على رأى ارسطوا منهم حنين وابو الفرج 5 وابو سليمان الساجزي ويحيى النحوي ويعقوب بن اسحق الكندي وابو سليمان محمد ابن بكير المقدسي وثابت بن قرة الحارثي وابو تمام يوسف بن محمد النيسابوري وابو زيد احمد بن سهل البلخي وابو الحارث حسن بن سهل القمي وابو حامد احمد بن محمد الاسفرائني وابو زكريا يحيى الصيمري وابو نصر الفارابي وطلحة النسفي وابو الحسن العامري وابن سينا وفي حاشية المطالع لمولانا لطفى ان المأمون جمع مترجمي مملكته كحنين بن 10 اسحق وثابت بن قرة وترجموا بتراجم متخالفة مخلوطة غير ملتحمة ومحررة لا يوافق ترجمة احدهم للآخر فبقى تلك التراجم هكذا غير محررة بل اشرف ان عفت رسومها الى زمن

Isa Ben Nuh — Costa Ben Luca Baalbeki, qui egregie transtulit — Honein — Is'hac — Thábit — Ibrahim Ben-elsalt — Yahya Ben Adi — Ibn el-mocaffa', qui e persica lingua in arabicam vertit, itemque Musa et Yusuf, Khálidi filii — Hasan Ben Sahl — Beládzori — Menkeh El-Hindi, qui e lingua indica in arabicam transtulit — Ibn Wahshiye, qui e dialecto Nabataea in arabicam transtulit. — Shahrestáni in opere El-Milel we El-Nihel: Philosophi Mohammedani, inquit, qui 5 libros commentati sunt et e graeco sermone in arabicum verterunt, maximam partem Aristotelis scholam sequuntur, ut Honein, Abu'lfaraj, Abu Soleiman Sejzi, Yahya Grammaticus, Yacúb Ben Is'hac Kindi, Abu Soleiman Mohammed Ben Bekir Mocaddesi, Thábit Ben Corra Harráni, Abu Temmám Yusuf Ben Mohammed Nisabúri, Abu Zeid Ahmed Ben Sahl Balkhi, Abu'lhárih Hasan Ben Sahl Commi, Abu Hámid Ahmed Ben Mohammed Isferáini, Abu Zakariya Yahya Seimori, Abu Nasr Fárabi, Telha Neseft, Abu'lhasan Amiri, Ibn Sina. — In glossis ad opus Metáli' a Molla nostro Lutfi editis narratur hoc. Mamún regni interpretes convocavit, 10 ut Honein Ben Is'hac et Thábit Ben Corra, at interpretationes, quas reliquerunt, sibi invicem repugnabant, confusae, minime succincte et correcte scriptae erant, nec una earum cum altera congruebant. Hae interpretationes ita comparatae sine ulla emendatione et lima manebant, at jam prope erat, ut earum vestigia omnino eva-

للحكيم الفارابي ثم انه التمس منه ملك زمانه منصور بن نوح الساماني ان يجمع تلك التراجم
 وجعل من بينها ترجمة ملاحظة محررة مبدئة مطابقة لما عليه الحكمة فاجاب الفارابي وفعل
 كما اراد وسمى كتابه بالتعليم الثاني فلذلك لقب بالمعلم الثاني وكان هذا في خزنة المنصور
 الى زمان السلطان مسعود من احفاد منصور كما هو مسودا بخط الفارابي غير مخرج الى البيضاء
 5 ان الفارابي غير ملتفت الى جمع تصانيفه وكان الغالب عليه السياحة على زى القلندرية وكان
 تلك الخزنة باصفهان وتسمى صوان الحكمة وكان الشيخ ابو على ابن سينا وزيراً لمسعود
 وتقرّب اليه بسبب الطب حتى استوزره وسلم اليه خزنة الكتب فاخذ الشيخ الحكمة من
 هذه الكتب ووجد فيما بينها التعليم الثاني ولخص منه كتاب الشفاء ثم ان الخزنة اصابها
 آفة فاحترق تلك الكتب فاتيم ابو على بانه اخذ من تلك الخزنة الحكمة ومصنفاته ثم
 10 احرقها لئلا تنتشر بين الناس ولا يتلّع عليه احد فانه يبتان وافك لان الشيخ مقر لاخذه
 للحكمة من تلك الخزنة كما صرح في بعض رسائله وايضا يفهم في كثير من مواضع الشفاء انه

nescerent usque ad aetatem *Fārābī* philosophi, a quo sui temporis rex *Mansūr Ben Nūh Sāmānīda* postulavit, ut illas interpretationes colligeret indeque interpretationem conficeret succinctam, correctam, diligenter recognitam et philosophiae ingenio congruam. *Fārābī* paruit et ejus voluntati satisfecit. Liber inde enatus *Institutio Secunda (El-Ta'tīm El-Thānī)* et ipse ea de caussa *Doctor Secundus (El-Moallim El-Thānī)* dictus est. Ille in bibliotheca *Mansūri* usque ad tempus Sultani *Mes'ūd*, qui ex illius nepotibus fuit, asservabatur, ut id in adversariis manu ipsa *Fārābī*
 5 exaratis, sed minime nitide exscriptis legitur, cum *Fārābī* de colligendis suis operibus nullam curam adhiberet et animi impetum huc illuc ob Dei cultum peregrinandi sequeretur pallio asseclarum sectae *Calenderiya* indutus. Bibliotheca illa Isfahanae fuit et philosophiae receptaculum appellata est. — Sheikh *Abu Ali Ibn Sina* Wezirus *Mes'ūdi*, qui ob medicinae scientiam aditum ad hunc habuit apertum, donec eum Weziram eligeret bibliothecamque ei custodiendam traderet, e hujus operibus philosophiam cognovit, in iisque Institutionem secundam invenit, unde librum *Shefā* potiore partem excerpsit. Postea accidit, ut bibliotheca et illi libri comburerentur, et suspicio est, *Abu Ali* ex hac bibliotheca philosophiam et libros suos subripuisse et tum ei inflammationem intulisse, ne opera inter homines circumferrentur nec quisquam eorum cognitionem caperet. Attamen haec calumnia est et mendacium; 10 etenim Sheikh se philosophiam ex illa bibliotheca cepisse profitetur, ut diserte in quodam tractatu dicit, et pariter e plurimis libri *Shefā* locis intelligitur, eum epitomen

تدخيص التعليم الثاني انتهى الى هنا خلاصة ما ذكره في احوال العلوم العقلية وكتبتها ونقلها الى العرب والتفصيل في تاريخ الحكماء ثم ان الاسلاميين لما راوا في العلوم الحكمية ما يخالف الشرع الشريف وضعوا فنا للعقائد واشتهر بعلم الكلام لكن المتأخرين من المحققين اخذوا من الفلسفة ما لا يخالف الشرع وخطوا الكلام لشدة الاحتياج اليه كما قال العلامة سعد الدين في شرح المقاصد فصار كلامهم حكمة اسلامية ولم يبالوا ببرّ المعتصبيين وانكارهم 5 على خلتيم لان المرء مجبول على عداوة ما جهله لكنيم لما لم يكن اخذهم وخططهم على طريق النقل والاستفادة بل على سبيل الرد والاعتراض والنقض والايهام في كثير من الامور الطبيعية والفلكية والعنصرية قام اشخاص من الاسلاميين كالنصير وابن الرشد ومن غير الاسلاميين وانتصبوا في ردهم وتزييف فتيم فصار فن الكلام كالحكمة في النقض وتزييف الدلائل كما قال الفاضل القاضي مير حسين المبيدي في آخر رسالته المعروفة بحمام كيتي نما فاللآنف 10 بحال الطالب ان ينظر في كلام الفريقين وكلام اهل التصوف ويستفيد من كل منها ولا ينكر

esse Institutionis Secundae. Hactenus summa eorum, quae de iis commemorantur, quae ad doctrinas rationales, earum libros, et interpretationem arabicam pertinent. Praeterea accuratiorem harum rerum descriptionem in Historia philosophorum invenies.

Mohammedani quae in disciplinis philosophicis legi augustae repugnabant, cum serius sentirent, doctrinam e fidei articulis compositam delineant, quae nomine *Ilm el-kelâm* i. e. theologia dogmatico-scholastica sive philosophica insignita est; attamen seriores subtilium scrutatorum e philosophia vetere sumebant, quae legi non contraria erant, et cum necessario requirentur, illi theologiae admiscebant, ut 5 id eruditissimus *Sa'd-ed-dîn* in commentario operis *Mecâsid* fatetur. Ex illa theologia scholastica enata est philosophia Mohammedana, nec refutationem curarunt adversariorum partium studio ductorum neo eorum illius mixtionis criminationem; homo enim a natura propensus est ad ea, quae nescit, infestanda; attamen cum illi minime tradendo et discendo depromerent et commiserent, sed refutando, repugnando, contradicendo, urgendo in multis rebus physicis, coelestibus et elementariis, nonnulli Mohammedani, ut *Nasir-ed-dîn* et *Ibn Roshd*, et alii Non-Mohammedani exsur-
rederunt ad illos refutandos eorumque disciplinam adulterandam, ut theologia scholastica similis evaderet philosophiae in contradicendo et argumentis adulterandis, 10 ut testatur bene meritus *Câdhi Mir Hosein Mibedi* ad finem tractatus titulo *Jâmi kiti numa* insigniti. Studioso autem convenit, ut utriusque factionis scholam et Theosoporum doctrinam examinet, et ex singulis discat, nec deneget, cum in

ان الانكار سبب البعد عن الشيء كما قال الشيخ في آخر الاشارات واما الكتب المصنفة في
 الحكمة الطبيعية والآلية والرياضية فاكثرتا ليس باسلامى بل يونانى ولاتنى لان معظم الكتب
 بقى في بلادهم ولم ينقل الى العرق الا الشاذ النادر وما نقل لم يبق على اصل معناه لكثرة
 التحريفات في خلال التراجم كما هو امر مقرر في نقل الكتب من لسان الى لسان وقد اخترنا
 5 وفحصنا ذلك حين الاشتغال بنقل كتاب اطلس وغيره من لغة لانس الى اللغة التركية فوجدنا
 كذلك ولم نر اعظم كتب من الشفاء في هذا الفن مع انه شيء يسير بالنسبة الى ما صنف
 احد اتاديميا التي في بلاد اوروا فن ان بعض المحققين اخذ طرفا من كتب الشيخ كالشفاء
 والنجاة والاشارات وعبون الحكمة وغيرها وجعله مقدمة ومدخلا للعلوم العقلية كالتدائية لاثير
 الدين الابيرى وعين القواعد للكاتبى القزوينى فصار قضارى هم احد زماننا الاكتفاء بشيء
 10 من قرأة التدائية ولو تاجرد بعض المشغولين وسعى الى مذاكرة حكمة العين لكان ذلك اقصى
 انغاية فيما بينتم وقليل ما هم

denegando caussa lateat, quae a re cognoscenda avertat, ut Sheikh in fine libri
Ishârât monet.

Librorum de philosophia physica, theologica et ascetica major copia non islamica
 est, sed graeca et latina; etenim maximam partem in horum populorum terris
 manebant nec arabice vertebantur praeter raros et extraordinarios, et quae vertebantur,
 minime archetypi argumentum servabant ob multas mediis in translationibus perversio-
 nes quae res est manifesta et confessa in libris e lingua alia in aliam versis, quod 5
 et ipsi experti sumus et satis cognovimus, cum in tabulis geographicis (Mercatoris)
 Atlas dictis aliisque libris e latino sermone in turcicum transferendis occupati essemus,
 ubi quod diximus probatum invenimus, nec tamen majorem hujus generis librum
 vidimus quam *Shefâ*, licet res parva sit ratione eorum habita, quae academiarum
 membra in terris Europaeis composuerunt. Serius scrutatorum quidam partem librorum
 Sheikhî cepit, ut *Shefâ*, *Nejât*, *Ishârât*, *Oyûn el-hikmet* aliosque, et eos prolegomena
 et introductionem esse voluit in disciplinas intellectuales, qualis est liber *Hidâyet*
 ab *Athîr-ed-dîn Abheri* editus, et *Ain el-cawâid*, cujus auctor *Kâtibi Caswini* est. —
 Summum quod animi nostrae aetatis appetunt, in eo cernitur, quod satis habent, 10
 partem libri *Hidâyet* legisse. Quodsi studiosorum quidam operam dat et ad legendum
 opus *Hikmet el-ain* fertur, hoc omnium summum et remotissimum est, ad quod
 doctores temporis nostri adspirant, at pauci tantummodo id agunt.

- ٤٥٣ حكمة الاشراق للشيخ شهاب الدين ابي الفتح يحيى بن حبش السهروردي المقتول بحلب سنة ٥٥٠ اوله جدّ ذكرك اللهم الخ ذكر في آخره انه فرغ من تأليفه في جمادى الآخرة سنة ٥٥٣ وهو متن مشهور شرحه الاكابر كالعلامة قطب الدين محمود بن مسعود الشيرازي المتوفى سنة ٧١٠ وشرحه مزوج مفيد اوله الاشراق سبيلك اليم الخ قيل في هذا الشرح كلمات لا يمكن تطبيقها للشرح الشريف اقول لعدّ هذا القائل ممن لم يقدر على تطبيقها 5 ولا يلزم من عدم قدرته عدم الامكان لان امر التطبيق والتوفيق عند الشارح الفاضل وامثاله امر هين وعلى الشرح حاشية بالفارسية لمولانا عبد الكريم المتوفى في حدود سنة ٩٠٠ وفي بعض الكتب ان العلامة السيد الجرجاني شرحها ايضا ولم اراه ٤٥٤ الحكمة الجديدة في المنطق لابن كمونة ٤٥٥ الحكمة العلانية للشيخ موفق الدين [عبد اللطيف بن يوسف] 10 البغدادي [الشافعي الطبيب الفيلسوف المتوفى سنة ٧٣٩] ذكر فيها طرفا من العلم الالهي

4583. *Hikmet el-ishrac, philosophia illuminationis, auctore Sheikh Sheháb-ed-din Abú'fat'h Yahya Ben Habash Soharawerdi, Halebi anno 587 (inc. 29. Jan. 1191) occiso. Incipit hic ita: Laus Tua, o Deus, magna et illustris est etc., et ad finem libri se ejus compositionem Jomádi II. anni 582 (inc. 24. Mart. 1186) absolvisse monet. Textus ejus vulgatus et multum lectus est eumque commentatores principes explicuerunt, ut doctissimus Cotb-ed-din Mahmúd Ben Mes'úd Shirázi, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, cujus commentarius textum admixtum et multa ad 5 descendum utilia continet. Incipit ita: Illuminatio via Tua est, o Deus etc., eique dictiones inesse dicuntur, quae minime cum lege augusta conciliari possunt. At qui hoc dixit, inquam, fortasse ex iis est, qui illas conciliare non possunt, nec de ejus imbecillitate necessario efficitur, conciliationem minime fieri posse; etenim conciliandi et recte componendi negotium apud commentatorem illum peritum et viros ei similes res est facillima. Ad hunc commentarium glossas persice scriptas edidit Molla noster Abd-el-kerim, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus, et in libro quodam virum doctissimum Seyyid Jorjání quoque commentarium scripsisse legitur, attamen eum vidisse haud memini. — 4584. El-Hikmet El-Jedídet, philosophia nova. Tractatus de logica, auctore Ibn Kemmúne. — 4585. El-Hikmet El-Aláiyet, philosophia Alaítica, auctore Sheikh Mowaffic-ed-din [Abd-el-letíf Ben Yusuf] 10 Baghdádi [Shafíta, Medico et Philosopho, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo], qui ei partem doctrinae de rebus divinis inseruit. — 4586. Hikmet el-ain,*

- ٤٥٦ حكمة العين للعلامة نجم الدين أبي الحسن علي بن عمر الشيبيرى بدبيران الكاتبى القزوينى [المتوفى سنة ٦٧٥] تلميذ النصير [الطوسى] وهو متن [متين] مختصر اوله سبحانه واليه يا واجب الوجود الخ ذكر فيه أن جماعة من الطلبة لما فرغوا من بحث الرسالة المسماة بالعين فى المنطق من تأليفاته التمسوا منه أن يضيف اليها رسالة فى الآلهى والطبيعى فاجاب 5 فر شرحه مولانا شمس الدين محمد بن مباركشاه الشيبيرى بميركا البخارى شرحاً مفيداً ممزوجاً اوله أما بعد حمد الله فاطر ذوات العقول الخ وأورد فيه الخواشى التى كتبها العلامة قطب الدين محمود بن مسعود الشيرازى على هذا الكتاب باجمعها وعلى هذا الشرح حاشية للعلامة السيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨٦٩ [وحاشية للمولى كمال الدين مسعود الشيرازى المتوفى سنة ٩١٥] وحاشية للمحقق ميرزا جان حبيب الله المتوفى سنة ٩٩٤
- 10 وحاشية لمولانا محمد الشكى ومن الشروح ايضا شرح جمال الدين حسن بن يوسف الخلى وهو شرح بقال اتول اوله الحمد لله نى العز الباهر الخ وشرح مولانا محمد بن موسى التالشى

philosophia fontis, auctore viro doctissimo *Nejm-ed-din Abu'lhasan Ali Ben Omar Kátibi Cazwini, Nasir-ed-dini [Tusi]* discipulo, vulgo *Debírán* dicto [et anno 675 (inc. 15. Jan. 1276) mortuo]. Textus est brevis quidem, sed solidus, qui ita incipit: Laus Tibi, o Deus, o Tu, qui existentia absoluta frueris etc. Auctor narrat, discipulos plures, cum studium tractatus *'Ain* de logica, qui ex ejus operibus est, absolvisent, a se petiisse, ut tractatum similem de rebus divinis et physicis adderet; quod fecit. Postea Molla noster *Shems-ed-din Mohammed Ben Mobárekhsháh Bokhári* 5 vulgo *Mirek* dictus, commentarium ejus scripsit magnae utilitatis, qui textum admixtum habet et ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, animantium ratione praedictorum creator etc. Auctor ei glossas, quas vir eruditissimus *Cotb-ed-din Mahmúd Ben Mes'úd Shirázi* ad hunc librum scripserat, omnino omnes inseruit. Praeterea ad hunc commentarium glossas ediderunt vir doctissimus *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus — [*Molla Kemál-ed-din Mes'úd Shirázi*, anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuus] — scrutator subtilissimus *Mirzáján Habiballah*, anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuus — et Molla noster *Mohammed Sheki*. — Porro librum commentati sunt *Jemál-ed-din Hasan Ben Yusuf Hilli*, cujus commentarius formula *cála* (dixit auctor) et *acúl* (dico ego) textum et adnotationem distinguit et ita incipit: Laus Deo potentia mirabili praedito etc. — Molla noster *Mohammed Ben Musa Tálishi*, cujus commentarius

- وهو شرح مزوج أوله الحمد لله الذى ابدع بعين الحكمة اعيان الموجودات الخ ذكر أنه آفد
 للسلطان يعقوب بن الحسن الطويل ٤٥٧ حكمة الغروض في الفرائض ٤٥٨ الحكمة القدسية
 للشيخ الرئيس ابي على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٤٥٩ الحكمة
 المشرقية للشيخ الرئيس العزيز ٤٥٩ الحلوة المأمونية في الاسئلة البعلية وعى احد
 وستون سؤالا اجاب عنها شمس الدين محمد بن طولون الشامى اوله الحمد لله مؤيد
 عزائم السائلين الخ ٤٥٩ حل الدقائق في فروع الحنيفة مختصر اوله الحمد لله اكمل حده
 الخ ٤٥٩ حل الدك وايضاح الشك لابي عامر احمد بن [عبد الملك بن الشيبه
 ٤٥٩ حل الرموز وفتح افعال الكنوز لابي انقاسم احمد بن] محمد العراقي وهو رساله في اقلام
 الاوائل لغزوا بيا علومهم واسرارهم في كنوزهم ٤٥٩ حل الرموز وكشف الكنوز في التصوف
 للشيخ عبد السلام بن محمد بن غانم المقدسى الشافعى وهو مختصر اوله الحمد لله الذى 10

- textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo qui fonte sapientiae res existentes
 praestantissimas primum produxit etc. Auctor se eum Sultano *Yacub Ben-elhasan
 Tewil* composuisse monet. — 4587. *Hikmet el-forúdh*, philosophia sanctionum
 de statutis rei haereditariae. — 4588. *El-Hikmet El-Codsíyet*, philosophia
 sacra, auctore Sheikh *El-Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, anno 428
 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 4589. *El-Hikmet El-Mashrickíyet*, philo-
 sophia orientalis, auctore Sheikh *El-Reyís* modo laudato. — 4590. *El-Haláwet*
 5 *El-Mamuníyet*, dulcedo panis Mamunici de quaestionibus conjugalibus. Sexaginta
 et una quaestiones, ad quas *Shems-ed-din Mohammed Ben Tulun Shámi* respondit.
 Incipit opus ita: Laus Deo interrogantium auspicia juvanti etc. — 4591. *Hall
 el-decáic*, solutio quaestionum utilium de statutis juris Hanefitici secundariis.
 Compendium, quod ita incipit: Laus Deo perfectissima qua potest laude ornari etc. —
 4592. *Hall el-dakk we idháh el-shakk*, solutio confusionis et explanatio
 dubii, auctore *Abu Amir Ahmed Ben [Abd-el-melik Ben-elshehd]*. — 4593. *Hall
 el-romúz we Fat'h acfál el-konúz*, solutio aenigmatum et serarum thesaurorum
 apertio, auctore *Abu'l-cásim Ahmed Ben] Mohammed Irúcki*. Tractatus de variis
 scripturae veterum characteribus, quibus doctrinas suas et arcana in thesauris
 celabant: — 4594. *Hall el-romúz we Kashf el-konúz*, solutio aenigmatum
 10 et rerum reconditarum apertio, auctore Sheikh *Abd-el-selám Ben Mohammed Ben
 Ghánim Mocaddesi* Shafita. Compendium de Theosophia, quod ita incipit: Laus

- فتح الخ ٤٥٥٥ حلّ الرموز ومفاتيح الكنوز للشيخ علاء الدين على دودة البسنوي الخلوتي النوري وهو مختصر مشتمل على ثلاثمائة وستين سؤالاً كلّ ثلاثين في موقع فيكون اثنى عشر موقعاً على عدّة الشهور ألفه في حرم مكة سنة ١٠١٠هـ ويقال له اسوئلة الحكم ٤٥٦١ حلّ الرموز في القراءة للشيخ الامام يعقوب بن بدران المصري المتوفى سنة ٩١٨هـ ٤٥٦٧ حلّ رموز اسماء 5 رفك كنوز المسمى ٤٥٦٨ حلّ الرموز في وقف حمزة وحشام على اليمز للشيخ برهان الدين ابراهيم بن موسى الكركي المقرئ المتوفى سنة ٨٥٣هـ ٤٥٦٩ حلّ العقد والعقل في شرح مختصر المنتهى يأتي ٤٦٠٠ حلّ عقود الجمان في علمي المعاني والبيان يأتي في العيين ٤٦٠١ حلّ عيون الفحل في حلّ مسألة الكحل لمحمد بن ابراهيم ابن الحنبلي الحلبي المتوفى سنة ٩٧١هـ ٤٦٠٢ حلّ القناع عن حلّ السماع للشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عبد الرحمن القراري 10 [الدمشقي المتوفى سنة ٧٢١هـ] ٤٦٠٣ حلّ ما لا ينحلّ لابي الحسن بن مير جلال الدين

Deo qui aperit etc. — 4595. Hall el-romúz we mefátih el-konúz, solutio aenigmatum et claves rerum reconditarum, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Ali Dehdeh Bosnevi Khaloeti Núri*. Compendium trecentas sexaginta quaestiones continens, quarum tricena locum explent, ut inde ad mensium numerum duodecim loci efficiantur. Opus, quod et *Eswilet el-hokm* cognominatur, auctor in sacri templi Mekhani circo anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) absolvit. — 4596. Hall el-romúz, explicatio signorum aenigmaticorum de arte Coranum legendi, auctore Sheikh et Imám *Yacúb Ben Bedrán Misri*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuo. — 4597. Hall romúz asmá, explicatio aenigmatum nominum et apertio thesaurorum nominati. — 4598. Hall el-romúz, explicatio aenigmatum de ratione, qua *Hamza* et *Hishám* pausas faciunt super *Hamza*, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Musa Kereki* Corani Lectore, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuo. — 4599. Hall el-ocad we el-acl, solutio nodorum et vinciturae. Commentarius Epitomae operis *Munteha*, de quo infra. — 4600. Hall ocúd el-jomán, solutio monilium margaritarum de doctrinis sententiarum et expositionis. Vide infra in *Aín*. — 4601. Hall oyún el-fahl, solutio oculorum admissarii de explanandis quaestionibus, quae stibium oculis illinendum spectant, auctore *Mohammed Ben Ibrahim Ibn-elhanbali Halebi*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. — 4602. Hall el-ckiná', solutio calanticae de musica licita, auctore Sheikh et Imám *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Abd-el-rahman Fezári* [*Dimeshcki*, anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuo]. — 4603. Hall ma la 10 yonhall, solutio eorum quae vix solvuntur, auctore *Abu'lhasan Ben Mir Jelál-*

- دانشمند وهو رسالة في عدة اشكال من الرياضيات ٤٩٤٤ حلّ مشكلات الاشارات سبق ذكره
 ٤٩٤٥ حلّ المشكلات في الفرائض لشجاع بن نور الله الاتقوى معتم السراي السلطاني بادرته
 وهو مجلد وسط اوله الحمد لله الملك العليم العلام الخ على سنة عشر باباً آف سنة ٩٩٤
 ٤٩٤٦ حلّ الموجز في الطب يأتي في الميم ٤٩٤٧ حلبة الكبيت في الادب والنوادر المتعلقة
 بالخمريات لشمس الدين محمد بن الحسن النواجي المتوفى سنة ٨٥٩ وهو مجلد نظم فيه شمل 5
 كل غريب ورتب على خمسة وعشرين باباً في اوصاف الخمر والنديم والساقى والمجلس وآدابه
 والاغاني والملاعى والخلاعة والازهار والفواكه والخاتمة في التوبة ونم الخمر قال السخاوى في
 الضوء كان سماه اولاً الحبور والسرور في وصف الخمر وانكر الخيرون عليه بل حصلت له
 بسببه محنة حيث ادعى عليه وطلب منه نغيبه وقد جوزى على ذلك بعد دهر فان بعض
 الشعراء صنّف كتاباً سماه قبح الاعاجى في النواجى جمع فيه هجو من دبّ ودرج واصله 10

- ed-din Dānismend. Tractatus de pluribus figuris doctrinarum mathematicarum. —*
 4604. Hall mushkilát El-Ishárát, expositio difficultatum libri *Ishárát*, de
 quo supra. — 4605. Hall el-mushkilát, expositio difficultatum in doctrina de
 jure haereditario, a *Shojá Ben Núrallah Anckirewi*, Adrianopolitani palatii Sultanici
 doctore anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) composita. Volumen mediae molis, quod
 sedecim capita continet et ita incipit: Laus Deo regi sapienti et scientissimo etc. —
 4606. Hall el-mujiz, expositio. Commentarius libri *Mujiz* de arte medica, de
 quo in litera *Mim* videatur. — 4607. Halbet el-komeit, hippodromus vini de
 5 humanitatis studiis et facete dictis singularibus, quae vini status spectant, auctore
Shems-ed-din Mohammed Ben-elhasan Newwáji, anno 859 (inc. 22. Dec. 1454)
 mortuo. Volumen, in quo auctor rariora undique collecta omnia metricè exaravit
 et in viginti quinque capita disposuit ad describendas virtutes vini, compotoris,
 pincernae, consessus, mores ibi observandos, cantilenas, instrumenta lusoria, ebri-
 sitatem, flores, fructus. Corollarium agit de animae poenitentia et vini detestatione.
Sekhâwi in *El-Dhu* testante, opus primum *El-Hobúr we El-Sorúr fi wasf el-khomúr*
 nominaverat. Viri boni autem libri compositionem ei crimini dederunt, imo vero
 etiam ejus caussa periculo afflictatus est, ut invitus ad litem cogeretur et poenae ab
 eo exigerentur; qua de caussa librum abscondidit. Haud multo post vero retributio
 10 ei facta est. Etenim poeta quidam librum composuit inscriptum: Turpitude satyrarum
 de *Newwáji* agens, ubi satyras eorum qui vivi eorumque qui mortui sunt collegit,

الى علمه بطريقة طريفة فانه دفعه الى دلال بسوى الكتب والنواجى جالس فدار الدلال حتى وصل اليه فاخذہ وتامله وعلم مضمونه ثم اعاده لينميہ فاسترجعه من الدلال فكد النواجى يهلك انتبى اقول وباجملة هو كتاب مفيد معتبر عند الادباء ولا عبرة لذمه فانه من الحسد والتعصب ٣١٨ حلية المفاضلة وحلية المناضلة في المطارحة والمراسلة لبرهان الدين ابراهيم بن احمد الششير بابن الملا الحجلي المتوفى سنة ١٢٠٠ جمع فيه مكتوباته ومطارحاته مع ابناؤه عصره ٣١٩ حلية المقتفى في حلية المصطفى للشيوخ زين الدين سرجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٣٢٠ الحلييات في النحو لابي علي الفارسي النحوى ٣٢١ حلة السبيري في مدح خير الورى محمد بن احمد المعروف بابن جابر النحوى الاعمى المتوفى سنة ٧٨٠ وهى منظومة بديعية ثم شرحها رفيقه احمد بن يوسف المعروف بالبصير النحوى المتوفى سنة ٧٧١

illumque libelli scientem fecit ratione admodum lepida. Sedente *Newwaji* in foro librorum eum praeconi dedit, qui forum ambivit, donec ad *Newwaji* venit, qui librum captum animo attento inspexit ejusque argumentum cognoscere studuit. Quo facto eum reddidit, ut obtrectationis causa divulgaret. Auctor vero librum a praecone repetiit, et prope erat, ut *Newwaji* periisset. — Haec ille. — At ut breviter respondeam et summatim, hic liber multa ad discendum utilia continet et magna auctoritate apud humanitatis studiosos floret, nec ulla obtrectationis ratio exstat, nam ab invidia et partium studio proficiscitur. — 4608. Halbet el-mofádhalet we hilyet el-monádhalet, hippodromus concertationis et ornatus certaminis de colloquiis et epistolarum commerciis. *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Ahmed Jelebi*, vulgo 5 *Ibn El-Molla* dictus et anno 1020 (inc. 6. Mart. 1611) mortuus, hic epistolas et colloquia collegit, quae cum viris aetatis suae spectatis habuerat. — 4609. Halbet el-muctefá, hippodromus honorati de exteriori *Mohammedis* electi forma, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Seríja Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 4610. El-Halebíyát, quaestiones Halebenses de grammatica, auctore *Abu Ali Fárisi* Grammatico. — 4611. El-Hollet El-Siyará, pallium aurum purum intextum habens de laude optimi inter homines, auctore *Mohammed Ben Ahmed* Grammatico coeco, vulgo *Ibn Júbir* dicto et anno 780 (inc. 30. Apr. 1378) mortuo. Carmen de arte ornate dicendi, quod serius ejus amicus *Ahmed Ben Yusuf* Grammaticus, vulgo *Besír* dictus et anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, commentatus est. —

٤١١٣ حلّة الكمال وحيّة الجمال ٤١١٣ الحلل الحالية في اسانيد القرأة العالية لاثير الدين
 ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ ٤١١٤ حلل المطرز في فن المعما والغز
 فارسى لشرف الدين على اليزدى المتوفى في حدود سنة ٥٠٠ وله منتخبه اوله بعد از حمد
 وثناء دانائى الخ ٤١١٥ حلل في ابيات الجمل وفي اغاليطه مر ذكرهما ٤١١٦ حلويات شافى
 في القروع لائى الحسن اسمعيل بن ابراهيم ابن اسفنديار بن بايزيد وهو كتاب تركى في العبادات 5
 مشتمل على ثمان وسبعين باباً في مجلد ضخّم ٤١١٧ حلوى في الطبّ لمحمد بن زكريا
 [الفيلسوف] الرازى [المتوفى سنة ٣١١] وهو كبير يقال انه في ثلثين مجلداً ٤١١٨ حلى الاخبار
 لائى العباس عبد الله ابن المعتز ٤١١٩ حلية الابدال وما يظهر منها من المعارف والاحوال
 للشيوخ محيى الدين محمد بن على ابن العرقى وحى رسالته اولها الحمد لله على ما الهم الخ
 ذكر انه كتبه سنة ٥٩٩ بالطائف لصاحبيه ابى محمد عبد الله الحبشى ومحمد بن خالد الصدى 10

4612. Hollet el-kemál we Lihyet el-jemál, pallium perfectionis et barba elegantiae. — 4613. El-Holel El-Háliyey, vestes ornatae de auctoritatibus rationis Coranum legendi in provincia *Aliya* usu receptae, auctore *Athir-ed-din Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. — 4614. Holel el-motarrez, pallia ejus qui veste acu picta ornatus est de doctrina aenigmatum et logogryphorum. Opus persicum, auctore *Sheref-ed-din Ali Yezdi*, circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. Meliora ejus singulari epitome edidit, quae ita incipit: Post laudem et praedicationem sapientissimi etc. — 4615. Holel fi abyát El-Jomel, vestes de versibus libri *Jomel* et ejus quaestionibus vitiosis. 5
 De utroque opere vide supra. — 4616. Halwiyát sháhi, dulcia edulia imperatoria de partibus juris derivatis, auctore *Abu'hasan Ismail Ben Ibrahim Ben Isfendiýar Ben Báyezid*. Opus turcicum volumine crasso comprehensum de cultus officii, quod septuaginta octo capita complectitur. — 4617. Halwa fi el-tibb, fructus dulcis, auctore *Mohammed Ben Zakariya Rázi* [philosopho, anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuo]. Liber medicus satis magnus, qui triginta volumina continere dicitur. — 4618. Hilá el-akhbár, ornamenta historiarum, auctore *Abu'labbás Abdallah Ibn-elmozzez*. — 4619. Hilyet el-abdál, ornamentum virorum devotorum et cognitiones conditionesque, quae inde apparent, auctore *Sheikh Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn-elarabi*. Tractatum, qui ita incipit: Laus Deo pro iis, quae 10
 inspirat etc., auctor in urbe *Táif* duobus ejus principibus *Abu Mohammed Abdallah Habashi* et *Mohammed Ben Khálid Sadefi*, ut inde utilitatem caperent, se anno 599

لينتفعا به ٣٩٠ حليفة الابرار وشعار الاخيار في تلخيص الدعوات والاذكار في الحديث للامام محيي الدين ابي زكريا يحيى بن شرف [بن مَرِي] النووي الشافعي المتوفى سنة ٦٧١ وهو كتاب مفيد مشهور باذكار النووي في مجلد مشتمل على ثلثمائة وستة وخمسين باباً ابتداءً فيه بالذكر ثم ذكر الامور الانسانية من اول الاستيقاظ من النوم الى نومه في الليل ويعبر عن ذلك بينهم بحل اليوم واللييلة ثم ختم بباب الاستغفار وشرحه الشيخ محمد بن علي بن محمد ابن علان المكي الشافعي المتوفى سنة سبع وخمسين بعد الالف وسماه الفتوحات الربانية على الازكار النواوية وكان الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ خصه في كراستين وسماه اذكار الازكار ثم شرح هذا الملخص وللجلال المذكور تأليف آخر فيه سماه تحفة الابرار بنكت الازكار وللشيخ شهاب الدين احمد بن الحسين الرملي الشافعي المتوفى سنة ٨٤٤ مختصر الازكار وبعض الاعاجم ترجمته بالفارسية فرغ عنها سنة ٧٧١ وعليه نكت

(inc. 20. Sept. 1202) composuisse narrat. — 4620. *Hilyet el-abrâr we shiâr el-akhyâr*, ornamentum justorum et insignia bonorum. Preces et Dei invocationes selectae et e traditionibus petitae, auctore Imâm *Mohyi-ed-dîn Abu Zakariya Yahya Ben Sheref* [*Ben Mera*] *Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Opus magnae utilitatis et vulgo *Adzkâr El-Newewi* appellatum, quod volumen explet et trecenta quinquaginta sex capita continet. Orditur a Dei invocatione, tum persequitur negotia humana a temporis initio, quo homines somno solvuntur usque ad somnum nocturnum, et ad hoc significandum secundum usum inter devotos receptum 5 verbo utitur „actus diei et noctis.“ In extrema parte caput habet, quo peccatorum venia petitur. Commentatus librum est *Sheikh Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Ben Allân Mekki* Shafiita, anno 1057 (inc. 27. Jan. 1647) mortuus, qui commentarium *El-Fotûhât El-Rebbâniyet ala El-Adzkâr El-Newâwiyet* inscripsit. Potiora ejus *Sheikh Jelâl-ed-dîn Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, in decem foliis *Adzkâr el-adzkâr* inscriptis separatim edidit. Postea hanc epitomen commentatus est, et idem *Jelâl-ed-dîn* modo laudatus alium de hac re composuit librum *Tohfet el-abrâr bi noket El-Adzkâr* appellatum. Deinde epitomen operis *Adzkâr* *Sheikh Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben-elhosein Kamli* Shafiita, anno 844 10 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, edidit, et Persa quidam versionem persicam, quam anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) absolvit. Adnotationes ejus ingeniosae *Ithâf el-akhyâr*

للشيخ شمس الدين محمد بن طولون الدمشقي سماحا المحاف الاخيار في نكت الازكار
 تعليقة بالقول اوله الحمد لله الذي ملأ قلوب احبابه بالانوار الخ ٤١١١ حلية الابوار في
 التاريخ عشر مجلدات ٤١١٣ حلية الابصار في فضائل الامصار رسالة للشيخ محمد بن محمد
 الانصاري ٤١١٣ حلية الاديب ٤١١٤ حلية الاولياء في الحديث للحافظ ابي نعيم احمد
 ابن عبد الله الاصفهاني المتوفى سنة ٤٣٠ مجلد ضخمة اوله الحمد لله محدث الكون الخ وهو 5
 كتاب حسن معتبر يتضمن اسامي جماعة من الصحابة والتابعين ومن بعدهم مع الائمة
 الاعلام المحققين والمتصوفة والنساک وبعض احاديثهم وكلامهم وصدر ذكر للخلفاء الى تمام العشرة
 في الترتيب ثم جعل من سواهم ارسالا لئلا يستفاد منه تقديم فرد على فرد لكنه اظال فيه
 بالاسانيد وتكرير كثير من الحكايات وامور آخر منافية لموضوعه ولذلك اختصره الشيخ ابو
 الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجوزي اختصاراً حسناً وسماه صفوة الصفوة وانتقد عليه 10

fi noket El-Adzkâr inscriptae Sheikh *Shems-ed-dîn Mohammed Ben Tulun Dimeshki*
 auctorem habent et proprie glossas continent, quibus nonnisi verba textus explanata
 adjecta sunt. Incipiunt ita: Laus Deo, qui corda amicorum suorum luminibus
 implet etc. — 4621. *Hilyet el-abrâr*, ornamentum justorum. Opus historicum
 decem voluminum. — 4622. *Hilyet el-absâr*, ornamentum oculorum de virtutibus
 urbium magnarum praestantibus. Tractatus, auctore Sheikh *Mohammed Ben*
Mohammed Ansâri. — 4623. *Hilyet el-adîb*, ornamentum humanitatis studiosi. —
 4624. *Hilyet el-ewliyâ*, ornamentum piorum Dei amicorum de re traditionaria,
 5 auctore *Hâfitz Abu Noeim Ahmed Ben Abdallah Isfahâni*, anno 430 (inc. 3. Oct.
 1038) mortuo. Volumen crassum, quod ita incipit: Laus Deo creaturas producenti etc.
 Pulchrum opus est et magnae auctoritatis, quod nomina plurium prophetae sociorum,
 horum asseclarum et eorum qui hos secuti sunt simul cum Imamis doctis, subtilis-
 simis rerum naturae scrutatoribus, Theosophiae addictis et Deo devotis continet, et
 nonnullas habet eorum traditiones et dicta. Incipit a mentione (quatuor) Khalifarum
 usque ad decem priores integros secundum eorum ordinem. Qui praeter hos sequuntur,
 libere eos se excipere voluit, ne inde efficeretur, ut singuli singulis praeferrentur;
 attamen nimis longus fuit ea in re auctoritatibus prolatis, multis narrationibus repetitis
 10 et aliis rebus ab argumento proposito alienis. Hac de caussa Sheikh *Abu'lfuraj*
Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi elegantem libri epitomen *Sefwet el-sefwet*
 inscriptam confecit, ubi nonnisi decem res ex illius argumento selectas admisit, ut

بعشرة أشياء فوجز في الاختصار بحيث لم يبق منه إلا رسومه ثم أن صاحب مجمع الاخبار
 [محمد بن الحسن الحسيني] سلك في اختصاره سلكًا وسطًا مع زيادة تراجم أئمة كما
 سيأتي ذكره ٤٣٥ حلية الاولياء في طبقاتهم لابيراهيم بن بشار وللشيخ جلال الدين
 السبوطي ايضا ٤٣٦ حلية الرجال في الاقطاب والنجباء والابدال لمصطفى بن احمد العلاء
 5 انشاعر المتوفى سنة ١٠٠٨ وهو كتاب مختصر تركي على ثلاثة ابواب اوله حمدًا لمن خلق عباده
 الاختيار اصنافًا الخ ٤٣٧ حلية السريين في خواص الدنيسريين لابي حفص عمر بن المختار
 ابن اللمش التركي المتطبب الذي كان من سكان دنيسر ٤٣٨ حلية الصفات في الاسماء
 والصناعات لجمال الدين يوسف ابن تغري بردي المورخ المتوفى سنة ٨٧٤ جمع فيه اشعارًا على
 ترتيب الحروف فكتب ما يتعلّق بطول الليل في حروف الطاء مثلا ٤٣٩ حلية العقود في الفرق
 10 بين المقصور والمدود للشيخ كمال الدين عبد الرحمن بن محمد الانباري النحوي المتوفى سنة ٥٧٧

in excerpando nimis brevis esset et de archetypo vestigia tantum remanerent. Serius
 auctor libri *Mojmi' el-akhbâr* in sua ejus epitome viam mediam secutus est, ita ut
 vitas Inamorum adderet, ut infra loco suo docebitur. — 4625. Hilyet el-ewliyâ,
 ornamentum piorum Dei amicorum. Historia eorum classium, auctoribus *Ibrahim
 Ben Beshshâr* et Sheikh *Jelâl-ed-dîn Soyûti*. — 4626. Hilyet el-rijâl,
 ornamentum virorum spiritalium de Sufis piis, *Actâb* i. e. poli dictis, quadraginta
 mundi creati gestatoribus et monachis devotis *Abdâl* appellatis, auctore *Mustafa Ben
 Ahmed Ali* Poëta, anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo. Opus compendiosum 5
 turcice scriptum et in tria capita distributum, quod ita incipit: Laudem Deo, qui
 cultores suos optimos creavit, ut in classes dividerentur etc. — 4627. Hilyet
 el-seriyîn, ornamentum generosorum de virtutibus incolis urbis Doneiser propriis,
 auctore *Abu Hafz Omar Ben-elkhidhr Ibn-ellamosh* Medico turcico, Doneiseræ
 inquilino. — 4628. Hilyet el-sifât, ornamentum descriptionum de nominibus et
 artibus, auctore *Jemâl-ed-dîn Yusuf Ibn Taghri-berdi* Historiographo, anno 874
 (inc. 11. Jul. 1469) mortuo. Collegit hic poemata ad ordinem literarum, ita ut v. c.
 omnia, quae ad noctis longitudinem (*Taul*) pertinebant, in litera *Tâ* proferret. —
 4629. Hilyet el-ocûd, ornamentum monilium colli de discrimine inter nomina 10
Macûr et *Memdûd* dicta, auctore Sheikh *Kemâl-ed-dîn Abd-el-rahman Ben
 Mohammed Anbâri* Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Compendium

وهو مختصر اوله الحمد له نى العز الاظهر الخ ٤٦٣٠ حلية العلماء في مذاعب الفقهاء
 للشيخ الامام ابى بكر محمد بن احمد بن القفال الشافى الشافى [المعروف بالمستظهيرى]
 المتوفى سنة ٥٠٧ وهو كتاب كبير صنفه للخليفة المستظهر بالله [العباسى] ووائف ما فعله وعدل
 عن الجمع عليه ولذلك يلقب هذا الكتاب بالمستظهيرى وذكر في كل مسألة الاختلاف الواقع
 بين الائمة ثم صنف المعتمد وهو كالشرح للمستظهيرى ٤٦٣١ حلية الفصيح في نظمه يأتى 5
 في الفاء ٤٦٣٢ حلية الفقهاء لابن فارس ٤٦٣٣ حلية الكرماء وببجعة اندماء لابن ابى
 العبد المانكى ٤٦٣٤ حلية المحاصرة في صناعة الشعر لابي على محمد بن الحسن [بن
 المظفر] الكاتمى المتوفى سنة ٣٨٨ وهو في مجلدين يشتمل على آداب كثيرة ٤٦٣٥ حلية
 المداح للشيخ حسن بن محمد الرامى ٤٦٣٦ حلية المؤمن في الفروع لابي الحسن عبد
 الواحد بن اسمعيل الرويانى الشافى المتوفى سنة ٥٠٤ وهو من المتوسطات فيه اختيارات كثيرة 10

grammaticum, quod ita incipit: Laus Deo potentia luculentissima praedito etc. —
 4630. Hilyet el-olamá, ornamentum virorum doctorum de variis jurisconsultorum
 disciplinis. Magnus liber, quem Sheikh et Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed
 Ben-elcafful Sháshi* Shafiíta, [vulgo *Mostatzhiri* dictus et] anno 507 (inc. 1. Jun.
 1113) mortuus, Khalifae *Mostatzhir Billah* [Abbasidae] composuit, qui quae fecerat
 approbavit et se a sociis sibi adjunctis removit, qua de caussa liber ille *Mostatzhiri*
 honorifice cognominatus est. Ad quamvis quaestionem varias quas sequuntur Imami
 5 opiniones commemorat. Postea librum *Motamed* composuit, qui quasi commentarius
 operis *Mostatzhiri* est. — 4631. Hilyet El-Fasíh, ornamentum libri *Fasih*.
 Poëtica ejus paraphrasis, quae in litera *Fá* describetur. — 4632. Hilyet el-focahá,
 ornamentum jurisconsultorum, auctore *Ibn Fâris*. — 4633. Hilyet el-koramá
 we Behjet el-nodamá, ornamentum generosorum et hilaritas compotorum, auctore
Ibn Abi'labl Malikita. — 4634. Hilyet el-mohádharet, ornamentum materiae
 sermonum praesentis de arte poëtica, auctore *Abu Ali Mohammed Ben-elhasan*
 [Ben-elmozaffer] *Hátimi*, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo. Duo volumina,
 quae multa facete et humane dicta continent. — 4635. Hilyet el-meddáh,
 ornamentum laudatoris, auctore Sheikh *Hasan Ben Mohammed Rámi*. — 4636. Hilyet
 el-mumin, ornamentum fidelis de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lmehasin*
 10 *Abd-el-wáhid Ben Ismail Ruyáni* Shafiíta, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuo.
 Pertinet ad opera media et continet multa e libero arbitrio pendentia, v. c. illa quae

منها ما يوافق مذهب مالك ٤٣٧ الحلية النبوية من المشنويات التركيبية للخاقاني نظمها
 في سنة سبع بعد الالف ٤٣٨ الحماسة لابي تمام حبيب بن اوس الطائي المتوفى سنة ٣٣١
 جمع فيه ما اختاره من اشعار العرب العرباء ورتب على عشرة ابواب الحماسة والعرائس
 والادب والنسيب والهجاء والاضافات والصفات والسير والملح ومدمنة النساء واشتير
 5 ببابه الاول والحماسة شجاعة العرب قالوا ان ابا تمام في اختياره اشعر منه في شعره وسبب
 جمعه انه قصد عبد الله بن ضاهر وهو بخراسان فمدحه فاجازه وعاد يريد العراق فلما دخل
 همدان اغتنمه ابو الوفاء ابن سلمة فانزله واكرمه فاصبح ذات يوم وقد وقع ثلج عظيم فنزع
 الطريق فغم ابا تمام ذلك وسر ابا الوفاء واحضره خزانة كتبه فطالعها واشتغل بها وصنف
 خمسة كتب في الشعر منها كتاب الحماسة والوحشيات فبقي الحماسة في خزائن آل سلمة
 10 يضنون به حتى تغيرت احوالهم وورد ابو العوارل همدان من دينور فظفر به وحمله الى

cum disciplina Malikitarum consentiunt. — 4637. El-Hilyet El-Nebewiyet, ornamentum propheticum. *Methnewi* turcicum, quod *Khacani* anno 1007 (inc. 25. Jul. 1598) poetice exaravit. — 4638. El-Hamasa, anthologia carminum ab *Abu Temmam Habib Ben Aus Tayi*, anno 231 (inc. 7. Sept. 845) mortuo, e selectis poetarum Arabum germanorum carminibus collecta et in decem capita distributa, quae ita inscripta sunt: Fortitudo (*hamasa*) — Epicedia — Suavitas morum — Carmina laudem amicae et ejus amorem describentia — Satyrae — Laudes hospitalitatis — Descriptiones — Profectio — Jocularia — Res quae mulieribus vituperio sunt. Totum opus a primo capite *Hamasa* dicto nomen cepit, quae vox strenuitatem Arabum 5 significat. — *Abu Temmam* eligendorum carminum peritior poeta esse dicitur quam carminum pandendorum. Causa vero, quae ad ea colligenda impulit, fuit haec. *Abdallae Ben Tahir* visendi causa Khorasanam venerat quem cum laudibus celebrasset et viatico munere accepto Iracam repetiturus Hamadanam intrasset, *Abu'lwefa Ibn Salama* eum tanquam praedam pulchram excepit, et liberalem et honorificam mansionem ei procuravit. Matutino cujusdam diei tempore magnae nives ceciderant, quae iter claudebant, unde *Abu Temmam* moerore, *Abu'lwefa* gaudio affectus est, qui ei bibliothecam monstravit et aperuit. Opera cum ibi attente legisset eorumque studio se dedisset, quinque carminum libros composuit, in quibus *Hamasa* et *Wahshiyat* erant. *Hamasa* in bibliothecis dynastiae *Salama* remansit, quae thesauri instar eam strenue conservavit, donec ejus status mutabatur. Etenim 10 *Abu Awzil* ex urbe Dinewer Hamadanam venit, qui libro potitus est eumque

III. 15

اصفهان فاقبل اديباها عليه ورفضوا ما عداه من الكتب في معناه ثم شاع واشتهر وقد فسره جماعة فمنهم من عني بذكر اعرابه ومنهم من عني بالمعاني فمن شرحه ابو هلال الحسن بن عبد الله العسكري المتوفى سنة ٣٦٥ وابو المظفر محمد بن آدم البربري المتوفى سنة ٣١٤ وابو الفتح عثمان ابن جنى المتوفى سنة ٣٣٣ اکتفى فيه بشرح مغلقاته وابو القاسم زيد بن علي الفسوي المتوفى سنة ٤١٧ وابو عبد الله محمد بن عبد الله الخطيب الاسكافي المتوفى سنة ٤٣١ وابو الحسن علي بن اسمعيل بن سيد اللغوي المتوفى سنة ٤٥٠ وهو شرح كبير في ست مجلدات وسماه الانيق وحسن بن بشر الآمدی المتوفى سنة وابو بكر محمد بن يحيى الصوفي المتوفى سنة ٣٣٥ وابو الفضل عبد الله بن احمد الميكالي المتوفى سنة وعبد الله بن ابراهيم المتوفى سنة ٤٧١ وعبد الله بن احمد الساماني المتوفى سنة ٤٧٥ وابراهيم بن محمد بن ملكون الاشبيلي المتوفى سنة ٥٨٤ وابو علي حسن بن علي الاسترابادي النحوي المتوفى سنة وابو نصر قاسم بن محمد الواسطي [النحوي] المتوفى [بمصر] سنة وابو نخاس مسعود بن علي البيهقي

Isfahanam secum portavit. Hujus urbis incolae literarum studiosi eum aggressi omnes ceteros ejusdem argumenti libros praeter illum respuerunt; quo facto divulgatus et nominis celebritatem consecutus est, multique interpretes eum commentati sunt, quorum alii de flexionum finalium analysi curam adhibebant, alii de argumento. Commentati eum sunt *Abu Hilal Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuus — *Abu'lmozaffer Mohummed Ben Adam Herewi*, anno 214 (inc. 11. Mart. 829) mortuus — *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni*, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuus, qui in exponendis locis obscurioribus acquievit — *Abu'lcásim Zeid Ben Ali Fesewi*, anno 467 (inc. 27. Aug. 1074) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Iskáfi* Concionator, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuus — *Abu'lhasan Ali Ben Ismail Ben Seyyid* Lexicographus, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus, cujus commentarius *El-Anic* inscriptus magnus est et sex volumina complectitur — *Hasan Ben Bishr Amidi*, anno ... mortuus — *Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Sauli*, anno 335 (inc. 2. Aug. 946) mortuus — *Abu'lfadhli Abdallah Ben Ahmed Mikáli*, anno ... mortuus — *Abdallah Ben Ibrahim*, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuus — *Abdallah Ben Ahmed Samáni*, anno 475 (inc. 1. Jun. 1082) defunctus — *Ibrahim Ben Mohammed Ben Malkún Ishbílí*, anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) mortuus — *Abu Ali Hasan Ben Ali Asterábadi* Grammaticus, anno ... mortuus — *Abu Nasr Cásim Ben Mohammed Wásili* [Grammaticus, Misrae] anno ... mortuus — *Abu'lmehasin Mes'ud Ben Ali Beihacki*, anno 544

المتوفى سنة ٥٢٢هـ والاعلم [ابو الحجاج يوسف بن سليمان] الشنتمرى [المتوفى سنة ٤٧١هـ] وهو
 فى خمس مجلدات وأبو البقاء عبد الله بن حسين العكبى المتوفى سنة ٦١٩هـ وهو شرح مختصر
 اقتصر فيه على اعرابه وابو زكريا يحيى بن على الشهير بالخطيب التبريزى المتوفى سنة ٥٢٠هـ
 شرحه اولاً شرحاً صغيراً فاورد كل قطعة من الشعر جميعاً ثم شرحها شرحاً ثانياً بيتاً بيتاً
 5 ثم شرح شرحاً طويلاً مستوفياً واول المتوسط اما بعد حمد الله الذى لا يبلغ صفاته الواصفون
 الخ وابو على احمد بن محمد المرزوقى المتوفى سنة ٤٣١هـ وشرحه معتبر مشهور اوله الحمد
 لله خالف الانسان مميّزاً بما علمه البيان الخ وابو نصر منصور بن مسلم الحلبي [المعروف
بابن ابي الدميّك] المتوفى سنة جعله تتمّة ما قصر فيه ابن جتى ونثر ابو سعيد على بن
 محمد الكاتب المتوفى سنة ٤١٤هـ وسماه المنثور البهائى لانه نثر لبيّاء الدولة بن بويه
 10 ٤٣٣٩ الحماسة لابي عبادة وليد بن عبيد الجحترى المتوفى سنة ٢٨٤هـ ولانى الحسن على بن

(inc. 11. Mai. 1149) mortuus — doctissimus [*Abu'lhejjaj Yusuf Ben Soleimán*]
Shentemeri, [anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuus], cujus commentarius quinque
 volumina continet — *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc.
 19. Mart. 1219) mortuus, cujus commentarius compendiosus est et nonnisi flexiones
 finales tractat — *Abu Zakariya Yahya Ben Ali Tebrizi*, vulgo *El-Khatib* (Con-
 cionator) dictus et anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus, qui primum commentarium
 minorem confecit, ita ut singulas poematum partes (*Ckitat*) totas proferret; tum
 iterum per singulos versus librum commentatus est, et in tertio commentario longiore
 omnia prorsus exposuit. Medius commentarius ita incipit: Praemissis praemittendis. 5
 Laus Deo, cujus qualitates scriptores satis describere nequeunt etc. — *Abu Ali*
Ahmed Ben Mohammed Merzúcki, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuus, cujus
 commentarius magni aestimatus et satis vulgatus ita incipit: Laus Deo, qui hominem
 creavit, ita ut bene distinguat, quae ipsum expositio docet etc. — *Abu Nasr*
Mansur Ben Moslim Halebi, [vulgo *Ibn Abi'domeik* dictus et] anno . . . mortuus,
 qui commentarium supplementum eorum esse voluit, quae *Ibn Jinni* nimis parce
 tractaverat. — *Abu Said Ali Ben Mohammed Kútib* (Scriba), anno 414 (inc.
 26. Mart. 1323) mortuus, *Hamásam* soluta oratione circumscripsit, et hanc para-
 phrasin *Beháicam* appellavit, quod eam *Buidae Behá-ed-dewlet* confecerat. —
 4639. *El-Hamása*, *Hamása* (minor), auctoribus *Abu Abbáda Welid Ben Obeid* 10
Bohteri, anno 284 (inc. 8. Febr. 897) mortuo — *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan*

- الحسن المعروف بشميم الحلى رتبته على أربعة عشر باباً ولاقى الحجاج يوسف بن محمد البياسى الاندلسى المتوفى سنة ٦٥٣ هـ فى مجلدين صنفا بتونس فى شوال سنة ٦٦٩ جمع فيها ما اختاره واستحسنه من اشعار العرب جاعليها ومحصرمبيها واسلاميها ومولديها ومن اشعار المحدثين من اهل الشرق والاندلس فرتب كترتيب ابى تمام ولاقى السعادات هبة الله بن على ابن الشاجرى [العلوى] اللغوى المتوفى سنة ٥٦٢ هـ وهو كتاب غريب احسن فيه ذكره ابن 5 خلكان وللشيخ ابى الحسن على بن ابى الفرج بن الحسن البصرى وحماسته تعرف بالحكمة البصرية آلفه سنة ٦٤٧ وهذه الحماسات تصاهى بحماسة ابى تمام ومنها الحماسة العسكرية ٦٦٤ حماسه الراج لاقى العلاء احمد بن عبد الله المعرى المتوفى سنة ٦٦٩ وهو عشر كراريس فى ثم الخمرة خاصة وله شرح بعض الحماسة الرياشية فى اربعين كراسة سماه الرياش المصطفى ٦٦٦ الحكامة رسالة فى تفسير الالفاظ المتداولة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى 10 بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٦٦٦ حماية فى شرح الوقاية يأتى فى الواو ٦٦٣ حمد

Hilli, vulgo *Shomeim* dicto, qui quatuordecim capita fecit — *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Mohammed Beyyási Andalusí*, anno 653 (inc. 2. Febr. 1158) mortuo, qui librum duo volumina complectentem Tunete mense Shewwál anni 646 (inc. 26. Apr. 1248) composuit. Ibi collegit, quae eligenda et approbanda duxerat e carminibus poëtarum ante Mohammedem, cum Mohanmede et post Mohammedem viventium, et recentiorum, et e carminibus poëtarum recentissimorum in Oriente et Andalusia florentium. Praeterea eundem ordinem quem *Abu Temmám* sequitur — *Abu'lseádat Hibatallah* 5 *Ben Ali Ibn-elshejeri [Alewi]* Lexicographo, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo, cujus liber pretiosus est et probitate distinctus. Laudat eum *Ibn Khallekán* — *Sheikh Abu'lhasan Ali Ben Abi'lfaraj Ben-elhasan Basri*, cujus *Hamása* nomine Basrensis inclaruit et anno 647 (inc. 16. Apr. 1249) composita est. Haec opera omnia *Hamása* dicta similia sunt *Hamásae* ab *Abu Temmám* editae. Huc pertinet etiam *Hamása Askeriyet* appellata. — 4640. *Hamása el-ráh*, *Hamása vini*, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Decem quiniones, in quibus praecipue vinum graviter vituperatur. Idem partem *Hamásae Riyáshiyet* in quadraginta quinionibus commentatus est, et com- 10 mentarium *El-Riyásh El-Mustafa* appellavit. — 4641. *El-Hamáma*, palumbes. Tractatus de vocum vulgarium explicatione, auctore *Sheikh Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 4642. *Himáyeyt*, defensio. Commentarius operis *Wicáyeyt*, de quo litera *Wáw* videatur. — 4643. *Ham d*

- وثنًا لغة منظومة فارسيّة منسوبة الى رشيد الدين [محمد بن محمد بن عبد الجليل
 العمري المعروف] بالوظاوط [المتوفى سنة ٥٧٣هـ] غيرّه رجل من الاروام للسلطان مراد بن محمد
 خان وسماه عقود الجواهر ٤١٤٤ حميس في احوال النفس النقيس والمشهور انه بالخآء
 المحجبة كما سيأتي بيانه في الخآء ٤١٤٥ الحوادث الجامعة والتجارب النافعة في المآنة
 5 السابعة لكمال الدين عبد الرزاق بن احمد ابن القوطى البغدادى المتوفى سنة ٧٣٣
 ٤١٤٦ حوادث الدهور مدى الايام والنشهور في ذيل السلوك يأتى في السين ٤١٤٧ حوادث
 الزمان لابن ابي طى بن يحيى بن حمدة الحلبي المتوفى سنة ٦٣٠هـ وهو في خمس مجلدات على
 ترتيب الحروف ٤١٤٨ حوادث الزمان وابنائهم ووثبات الاعيان وابنائهم لمحمد بن ابراهيم القرشي
 المعروف بابن الحمصي ٤١٤٩ حوائج العطار في عقر الحمار ليحيى بن العطار جمع فيه
 10 مقاليعه في هجو ابن حنّانة ٤١٥٠ حوز المعاني في اختصار حرز الاماني في القراءة

we Thená, laus et gloria. Lexicon persicum ligata oratione conscriptum, quod *Reshid-ed-dino* [*Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-jetil Omari*, vulgo] *Wetwát* [dicto et anno 573 (inc. 30. Jun. 1177) mortuo], tribuitur. Vir quidam Rumaesus illud Sultano *Murád Ben Mohammed Khán* meliore forma concinnavit et hanc recensionem *Ocúd el-jeváhir* inscripsit. — 4644. *Hamís*, fortis de iis, quae ad spiritum pretiosum pertinent. Notum est, loco *Hamís* scribendum esse *Khamís*, ut in litera *Khá* plenius describetur. — 4645. *El-Hawádith El-Jámiat we El-Tejáríb El-Náfiat*, eventus universales et experientiae utiles. Historia seculi septimi, auctore *Kemál-ed-din Abd-el-rezzác Ben Ahmed Ibn-elfoweti* 5 *Baghdádi*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuo. — 4646. *Hawádith el-dohúr*, eventus temporum omnibus diebus et mensibus. Appendix, qua opus *Solúk* continuatur. Vide literam *Sín*. — 4647. *Hawádith el-zemán*, eventus temporis, auctore *Ibn Abi Tay Ben Yahya Ben Homeida Halebí*, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. Quinque volumina alphabetice disposita. — 4648. *Hawádith el-zemán we abnáhi we wefayát el-ayán we anbáhi*, eventus temporis et hominum eo tempore viventium et mortes virorum spectatorum horumque historiae, auctore *Mohammed Ben Ibrahim Coreshi*, vulgo *Ibn-elhimsi* dicto. — 4649. *Hawáij el-attár fi acr el-himár*, res necessariae aromatarii de vulnere asini, auctore *Yahya Ben-elattár*, qui hic fragmenta sua satyrica in *Ibn Hozjet* jacta collegit. — 10 4650. *Hauz el-meáni*, sylloge sententiarum. Epitome operis *Hirz el-amáni* de

- للامام محمد بن عبد اللد بن مالك الاندلسى النحوى المتوفى سنة ٦٧٣ ٤٩٥١ حوز الخيام
 وصدراء ذوى الهيام فى روية خير الآنام فى البيقظة كما فى المنام لمحمد بن ابراهيم المعروف
 بحنبلى زاده الحلبي [المتوفى سنة ٩٧١] ٤٩٥٣ لخياص من صوب الغمام الفيّاص تركى منظوم
 فى مناقب ابى حنيفة للشيوخ شمس الدين احمد بن محمد السيواسى ألفه سنة احدى وائف
 ٤٩٥٣ حيدر نامه فارسى منظوم للشيوخ عطار [فريد الدين الشيد سنة ٦٣٧] 5
 ٤٩٥٤ للخيدرة والاعتذار فى رد من قال بخلق القرآن لانى الحسن عبد العزيز بن مسلم المكي
 ٤٩٥٥ حيرة الابرار من خمسة مير عيشير النوائى [الوزير المتوفى سنة ٩٠١] ٤٩٥١ حيرة
 العقاء قصيدة تركية لمولانا تاج الدين ابراهيم الاحمدى
 علم الخيل الساسانية ٤٩٥٧

١٠ ذكره ابو الخبير من فروع علم السحر وقال علم يعرف به طريق الاحتيال فى جلب المنافع

- Coráni recensionibus, auctore Imám Mohammed Ben Abdallah Ben Málik Andalusí Grammatico, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. — 4651. Hauz el-khiyám we Adzrá dzewi el-hoyám, defensio tentorium et virgo perditae amantium de optimo hominum et per vigiliam et per somnum videndo, auctore Mohammed Ben Ibrahim Halebi, vulgo Haubalizádeh dicto [et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo]. — 4652. El-Hiyádh min saub el-ghamám el-feyyádh, cisternae pluvia nubium exundantium plenae. Carmen turcicum, quod Sheikh Shems-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Siwási anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) in honorem Abu Hanífae ejusque virtutum conscripsit. — 4653. Heider-námeh, Heideri liber. Carmen persicum a Sheikh [Feríd-ed-dín] Attár, [qui anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) martyrium subiit], compositum. — 4654. El-Heideret we El-Itidzár, interitus et excusatio de eo refutando, qui Coranum creatum esse contendit, auctore Abu'hasan Abd-el-azíz Ben Moslim Mekki. — 4655. Hired el-abrá, stupor hominum justorum. Carmen pentadis a Mir Aléshir Newáyi [Weziro, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo], editae. — 4656. Hired el-ocalá, stupor intelligentium. Casida turcica, a Molla nostro Táj-ed-dín Ibrahim Ahmedi in publicum emissa. —

4657. Ilm el-hiyel el-sásániyet. Doctrina artificiorum quibus divitiae parari possunt.

- ١٠ Abu'lkheir eam in disciplinis magiae secundariis numerat his verbis: Haec est doctrina, qua ratio cognoscitur, dolo et versutia commodis inserviendi et divitias

وتحصيل الاموال والذي يباشرها يتزبى في كل بلدة بزى ينسب تلك البلدة بان يعتقد اعلمها في احباب ذلك الزى فتارة يختارون زى الفقهاء وتارة يختارون زى الوعاظ وتارة يختارون زى الاشراف الى غير ذلك ثم انهم يختلون في خداع العوام بامور تعجز العقول عن ضبطها منها ما حكي واحد انه رأى في جامع البصرة فردًا على مركب مثل ما يركبه ابناء الملوك 5 وعليه البسة نفيسة نحو ملبوساتهم وهو يبكي وينوح وحوله خدم يتبعونه ويبكون ويقولون يا اهل العافية اعتبروا بسيدنا هذا فانه كان من ابناء الملوك عشق امرأة ساحرة وبلغ حاله بسحرها الى ان مسح الى صورة القردة وطلبت منه مالا عظيمًا لتخليصه من هذه الحالة والقرد في هذه الحال يبكي بانين وحنين وانعامة يرقون عليه ويبكون وجمعوا لاجله شيئًا من الاموال ثم فرشوا له في الجامع سجادة فصلى عليه ركعتين ثم صلى التجمعة مع الناس ثم ذهبوا بعد الفراغ من التجمعة بتلك الاموال وامثال هذه كثيرة [قلت ذكر هذه الحكاية ايضا 10 في تاريخ ميرخواند] وكتاب المختار في كشف الاستار بالغ في كشف هذه الاسرار

comparandi. Qui eam artem exercet, formam in quavis urbe induit ei accommodatam, quod incolae fiduciam ponunt in hominibus ejusmodi veste indutis. Modo enim vestitum jurisconsultorum eligunt, modo formam concionatorum, modo principum nobilium et quae sunt alia. Tum machinatione varia et artificii populum decipere student, quae ille concipere non potest. — Vir quidam se in templo Basrensi primario simiam vidisse narrat vehiculo insidentem, quali principes regii insidere solent, et vestibus indutum pretiosis, quibus illi induti esse solent. Hic lacrymis et lamentatione confectus famulis circumdatus est lacrymantibus, qui eum sequentes clamant: O viri salute plena fruente, ex hoc domino nostro vobis exemplum 5 sumite. Etenim princeps regius fuit et feminam amavit praestigiaticem, cujus incantamentis status ejus ita est mutatus, ut in simiae figuram transformaretur, et magnas ab eo extorsit pecunias, ut a hoc statu liberaretur. Simia statum suum graviter genuit et ploravit, ut populus misericordia ductus eum lugeret; propterea nonnullis numis collectis ei in templo stratum expanderunt, supra quo inter precandum duas fecit capitis inclinationes solennes. Tum precationem diei Veneris cum hominibus fecit, et ea finita cum numis abierunt. — Ejusmodi exempla multa 10 narrantur, [et illa narratio et in *Mirkhondi* historia legitur]. Opus *El-Mokhtâr fi kashf el-astâr* in his secretis detegendis egregium atque insigne est.

علم الحيل الشرعية ٤٦٥٨

وعو باب من ابواب الفقه بل فنّ من فنونه كالفرائض وقد صنّفوا فيه كتباً اشهرها كتاب الحيل للشيخ الامام ابى بكر احمد بن عمر المعروف بالخصاف الكنفى المتوفى سنة ٣١١ [وهو في مجلدين ذكره التميمي في طبقات الكنفية] وله شروح ومنها شرح شمس الائمة الحلواني وشرح شمس الائمة السرخسى وشرح الامام خواهر زاده ومنها كتاب محمد بن على النخعي 5 وابن سراقه وابى بكر الصيرفى وابى حاتم القزوينى وغير ذلك ذكروا فيه الحيل الدافعة للمطالبة واقامها من الحرمة والمكروهة والمباحة

٤٦٥٩ حيل لابى عبد الرحمن محمد بن عبد الله العنقى الشاهر [المتوفى سنة ٣٢٨]

٤٦٦٠ حيل لابى دريد محمد بن حسن اللغوى المتوفى سنة ٣٣١ كبير وصغير ٤٦٦١ حيل

10 لابى عبد الله محمد بن عباس البيهيدى النكوى [المتوفى سنة ٣١٣]

4658. *Ilm el-hiyel el-sharíyet. Doctrina fraudium juridicarum.*

Pars est sive caput jurisprudentiae vel potius disciplina ad eam pertinens, doctrinae instar de jure hereditario. Libros de illa composuerunt, inter quos maxime elucet opus *Kitáb el-hiyel*, quod Sheikh et Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Omar Hanefita*, vulgo *Khassáf* dictus et anno 261 (inc. 16. Oct. 874) mortuus, [in duobus voluminibus, ut *Temimi* in *Tabacát El-Hanefiyet* monet], edidit. Tres ejus 5 commentarios scripserunt *Shems el-aïmmet Holwáni*, *Shems el-aïmmet Serakhsi* et Imám *Kháherzádeh*. Porro opera de hac arte *Mohammed Ben Ali Nakhaï*, *Ibn Sorúca*, *Abu Bekr Seirefi*, *Abu Hátim Cazwini* aliique publicarunt, qui omnes artificia, quibus postulata repelluntur, illorumque genera exponunt, quae vel prohibita, vel invisa, vel licita sunt.

4659. *Hiyel*, artificia, auctore *Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben Abdallah Otbí* Poëta, [anno 228 (inc. 10. Oct. 842) mortuo]. — 4660. *Hiyel*, artificia, auctore *Ibn Doreid Mohammed Ben Hasan* Lexicologo, anno 321 (inc. 1. Jan. 10 933) mortuo. Editio major et minor. — 4661. *Hiyel*, artificia, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abbás Yezidi* Grammatico, [anno 313 (inc. 29. Mart. 925) mortuo].

وهو علم باحث عن احوال خواص انواع الحيوانات وعجائبها ومنافعها ومضارها وموضوعه جنس الحيوان البري والبحري والماشي والزاحف والطائر وغير ذلك والغرض منه التداوي والانتفاع بالحيوانات والاجتناب عن مضارها والوقوف على عجائب احوالها وغرائب افعالها وفيه 5 كتب قديمة واسلامية منها كتاب الحيوان لديموقريطيس ذكر فيه طبائعه ومنافعه وكتاب الحيوان لارسطاطاليس تسعة عشر مقالا نقله ابن البطريق من اليوناني الى العربي وقد يوجد سريانياً نقلاً قديماً اجود من العربي ولارسطو ايضا كتاب في نعت للحيوان الغير الناطق وما فيها من المنافع والمضار وكتاب الحيوان لابي عثمان عمرو بن بخر الجاحظ البصري المتوفى سنة ٢٥٥ وهو كبير اوله جئبك الله تعالى الشبهة وعصمك من الحيرة الخ قال الصفدي ومن 10 وقف على كتابه هذا وغالب تصانيفه ورأى فيها الاستطرادات التي استطردها والانتقالات التي ينتقل اليها والجبالات التي يعترض بها في غضون كلامه بادنى ملابسة علم ما

4662. *Ilm el-heiwán. Cognito animalium.*

Haec doctrina de iis quaerit, quae ad proprietates variorum animalium generum, res in iis mirandas, utilitates et incommoda pertinent. Ejus objectum genus animantium est et terrestrium et marinorum, incedentium, reptilium, volantium et quae sunt alia. Fructus autem ex ea capiendus in medicinis quaeritur et utilitatibus ex animalibus parandis, malis quae afferunt devitandis, qualitatibus eorum mirabilibus factisque singularibus cognoscendis. Exstant de ea opera antiqua et post Islamum 5 scripta. Ita Democratus in libro *Kitáb el-heiwán* inscripto animalium naturas et utilitates describit, Aristoteles undeviginti tractatus composuit, quos *Ibn-elbitric* e graeco sermone in arabicum transtulit. Idem in versione syriaca antiquiore et meliore leguntur. Aristoteles pariter librum edidit de descriptione animalium irrationalium et commodis incommodisque quae afferunt. Deinde *Abu Othmán Amru Ben Bahr Jáhitz Basri*, anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuus, librum animalium magnum edidit, qui ita incipit: Deus a te dubium removeat et te contra animi perturbationem muniat etc. *Safedi* dicit: „Qui hoc illius opus et maximam ejus librorum partem 10 inspicit et degressionem ibi videt a proposita oratione, quas sibi permittit, excessus, ad quos rapitur, ignorantiae documenta, in quae in orationis cursu ambiguitate vilissima

يلزم الاديب وما يتعين عليه من مشاركة المعارف اقول ما ذكره الصفدى من اسناد الجيالات اليه صحيح واقع فيما يرجع الى الامور الطبيعية فانّ للباحظ من شيوخ الفصاحة والبلاغة لا من اهل هذا الفنّ ومختصر حيوان الجاحظ لاني القاسم هبة الله بن القاضى الرشيد جعفر المتوفى سنة ٩٠٨ واختصره الموفق البغدادي ايضا وكتاب الحيوان لابن ابي الاشعث ومختصره للموفق

5

المذكور ايضا

٤٩١٣ حيوة الحيوان للشيخ كمال الدين محمد بن عيسى الدميرى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨ وهو كتاب مشهور في هذا الفنّ جامع بين الغث والسمين لانّ المصنّف فقيه فاضل محقق في العلوم الدينية لكنه ليس من اهل هذا الفنّ كالجاحظ وانما مقصده تصحيح الالفاظ وتفسير الاسماء المبيهة كما قال في اول كتابه هذا كتاب لم يستلنى احد تصنيفه وانما دعانى الى ذلك انه وقع في بعض الدروس ذكر مالك الحزين والذبح المنحوس فحصل بذلك ما 10 يشبه حربّ البسوس فاستخرت الله في وضع كتاب في هذا الشأن ورتبته على حروف المعجم

depravatae implicatur, bene intelligit, quae viro literarum studioso necessaria sint et quantum ei sit cognitione universali amplectendum.“ — Quod *Safedi*, ut mihi videtur, de ignorantiae documentis ei vitio datis dicit, verum est, et praecipue locum habet in iis, quae res physicas spectant. *Jáhitz* enim vir quidem admodum eloquens est et facundus, nec tamen hujus scientiae satis gnarus. — Hujus animalium descriptionis epitomas ediderunt *Abu'l-cásim Hibatallah Ben El-Cádhi El-Reshid Jafar*, anno 608 (inc. 15. Jun. 1211) mortuus, et *Mowaffic-ed-din Baghdádi*. Praeterea *Ibn Abi'lashath* historiam animalium composuit, cujus epitomen idem

5 *Mowaffic-ed-dín* modo laudatus confecit.

4663. *Hayát el-heiwán*, vita animalium, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Isa Demiri* Shafita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. Hoc opus in suo genere insigne exilia miscet nitidis. Etenim auctor jurisconsultus bene meritus et probe versatus in rebus religionem spectantibus, attamen non magis in viris hujus doctrinae peritis numerandus est quam *Jáhitz*. Etenim nihil spectat nisi correctam verborum scriptionem et nominum dubiorum et incertorum expositionem, ut ab initio libri dicit his verbis: Nemo a me hujus libri compositionem postulavit, 10 sed ad eum scribendum me illud excitavit, quod in nonnullis scholis mentio fit avis *Málik el-hazín* (ardea) et bestiarum mactandarum infaustarum, unde rixa orta est bello similis a femina *Basús* dicto. Itaque Deum precatus sum omnia bona et fausta de libro hujus generis conscribendo, quem ad ordinem literarum disposui. — Haec

انتهى وذكر أنه جمعه من خمسمائة وستين كتاباً ومائة وتسعين وتسعة ديواناً من دواوين شعراء العرب وجعله نسختين كبرى وصغرى في كبرى زيادة التاريخ وتعبير الرويا وثرغ من مسودته في شهر رجب سنة ٧٣٣ أوله الحمد لله الذي شرف بوح الانسان الخ ولهذا الكتاب مختصرات منها مختصر الشيخ شمس الدين محمد بن ابي بكر ابن الدماميني المتوفى سنة ٨٤٨ 5 أوله الحمد لله الذي أوجد بفضله حياة الحيوان الخ ذكر فيه أن كتاب شيخه هذا كتاب حسن في بابيه جمع ما بين احكام شرعية واخبار نبوية ومواعظ نافعة وفوائد بارعة وامثال سائرة واييات نادرة وخواص عجيبه واسرار غريبة لكنه طول في بعض اماكنه ووقع في بعضه ما لا يليق بمحاسنه فاختر منه عينه وسماه عيني الحيوه ميديا الى الامير احمد پاشا ابن مظفر شاه من ملوك الهند وثرغ في شعبان سنة ٨٣٣ ومختصر عمر بن يونس بن عمر الحنفى اوله 10 الحمد لله الذي يسر للانسان منافع الحيوان الخ ذكر فيه أنه اقتصر من الحيوان على خواصه ومعناه اللغوى واضاف الى ذلك ما وجد في خريدة العجائب ولم يخرج عن المعنى

ille. — Monet deinde, se eum e quingentis sexaginta libris et centum nonaginta novem carminum corporibus a poetis Arabicis scriptis collegisse et duas fecisse editiones, majorem et minorem, quarum illa plura continet historica et de somniorum interpretatione. Adversaria libri mense Rejeb anni 773 (inc. 15. Jul. 1371) confecit et incepit ab his verbis: Laus Deo, qui stirpem humanam nobilitavit etc. — Plures hujus libri epitomas confecerunt, ut Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Demámini*, anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuus, cujus epitome ita incipit: Laus 5 Deo qui benignitate sua vitae animalium existentiam dedit etc. Liber hic Sheikli mei, inquit, in suo genere excellens est, et auctor statuta legalia, traditiones propheticas, praecepta paraenetica utilia, adnotationes praeclaras et doctrinae plenas, proverbia vulgata, versus singulares, proprietates mirandas et arcana rara collegit; attamen in aliis locis nimis longus est, in aliis res inveniuntur, quae, non obstante earum praestantia, nullo modo conveniunt. Itaque praestantissima inde elegit, epitomenque, quam mense Shabán anni 823 (inc. 17. Jan. 1420) absolvit, *Ainei el-hayát* inscripsit, et Emiro *Ahmed Pasha Ibn Motzaffer Sháh* Indiae principi obtulit — porro *Omar Ben Yunos Ben Omar Hanefita*, cujus epitome ita incipit: 10 Laus Deo, qui homines in capiendo ex animalibus fructu adjuvat etc. Se acquievisse hic dicit in describendis animalium proprietatibus nominumque significationibus eruendis. Ad haec addidit, quae in opere geographico *Kharidet el-ajáib* invenit

المقصود ومختصر الشيخ تقي الدين محمد بن احمد الفاسي المتوفى سنة ٨٣٣ قال السخاوي في حَقِّ الاصل وهو نفيس مع كثرة استطراده فيه من شيء الى شيء وانوقم ان فيها ما هو مدخول لما فيها من المناكير وقد جرّدها الفاسي ونبه على اشياء مهمة يحتاج الاصل اليها انتهى ومختصر على القارى نزيل مكة المتوفى سنة ١٠١٦ سماه بيجة الانسان ومهجة للحيوان اوله الحمد لله الذى كرم نوع الانسان الخ ذكر انه آلفه بمكة سنة ١٠٠٣ ومختصر الشيخ جلال 5 الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ١١٠١ اوله الحمد لله خالف الحيوان الخ ذكر فيه انه حذف من حشوه كثيراً وعوض منه امرين احدهما زيادة فائدة في الحيوان الذى ذكره والثانى ذكر ما فاته من الحيوان ملتقطاً من كتب اللغة فميزه في اولها بقلت وانتهى سماه ديوان الحيوان والنقسم الثانى مرتب على الحروف سماه نيل الحيوان وثرغ منه في ذى القعدة سنة ١٠١٠ وترجمة حيوة الحيوان بالفارسية للحكيم شاه محمد القزوينى آلفه 10

nec ab oratione proposita degreditur — Sheikh *Tacki-ed-din Mohammed Ben Ahmed Fási*, anno 832 (inc. 11. Oct. 1428) mortuus. *Sekhâwi*: Archetypum, inquit, pretiosum est, quanquam degressio ab alia re ad aliam ibi haud rara est, et suspicor utique, inveniri ibi corrupta, cum plura ei insint haud certa auctoritate confirmata. Haec *Fási* delevit et de gravioribus rebus monet, quibus archetypum vix carere possit. — Haec ille — *Ali Corani* Lector et Mekkae inquilinus, anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus, qui epitomen *Behjet el-insân we Mohjet el-heiwân* 5 inscripsit et ita incipit: Laus Deo qui genus humanum honoravit etc. Se eam Mekkae anno 1003 (inc. 6. Sept. 1594) composuisse dicit — Sheikh *Jelâl-ed-din Abd-el-rahmán Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus epitome, *Diwan el-heiwân* inscripta, ita incipit: Laus Deo animalium creatori etc. Multa se monet superflua removisse iisque duas res substituissse, quarum altera majorem de animalibus ab eo descriptis adnotationem spectet, altera mentionem animalium ab auctore omissorum, ita ut ex operibus lexicologis necessaria eligeret et ab initio sua ab auctoris verbis formula „Dico“ et „Haec hactenus“ distingueret. Posterior pars, 10 quam mense Dzi'lcadet anni 901 (inc. 21. Sept. 1495) absolvit, ad ordinem alphabeticum disposita et *Dzeil el-heiwân* inscripta est. Persicam operis *Hayât el-heiwân* interpretationem additamentis auctam *Hakim Shah Mohammed Cazwini* Sultano *Selím*

للسلطان سليم خان القديم وزاد عليه أشياء وذيل حيوة الحيوان للقاضى جمال الدين محمد بن على بن محمد الشيبى المكى المتوفى سنة ٨٣٧ سماء طيب الحيوة ٤٦٦٤ حيوة الارواح ونجاة الاشباح رسالة مفيدة للشيخ محمود افندى الاسكدارى المتوفى سنة ١٠٣٨ اوله الحمد لله الذى احيى قلوب العارفين بالحيوة الابدية الخ قال هذه رسالة فى قسمى الموت وحشر الارواح والاجساد وبيان بعض منازل اهل السلوك والاجتهاد ورتبتها على قسمين وابواب وفصول القسم الاول فى الموت الاضطرارى وفيه ابواب [القسم] اثنان فى الموت الاختيارى والحشر المعنوى ٤٦٦٥ حيوة العلوم رسالة للشيخ محمد المغربى الشاذلى كتبها فى البحث عن ماء الحيوة ٤٦٦٦ حيوة القلوب فى التصوف لمحمد بن الحسن الاسنائى المتوفى سنة ٧١٤ ٤٦٦٧ حيوة القلوب فى الموعظة للشيخ نبى وقيل عبد البارى بن طورخان السينوبى الواعظ ذكر فيه انه جمع من الكتب المعترية ما يتعلف بالترغيب والترهيب واورد فيه استشهادا من الآيات والاحاديث وحكايات المشايخ ورتب على سبعة

Khán confecit, et Cádhi Jemál-ed-dín Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Sheibi Mekki, anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuus, archetypum appendice Tayyib el-hayát inscripta continuavit. — 4664. Hayát el-arwáh we Neját el-ashbáh, vita spirituum et effugium corporum, auctore Sheikh Mahmúd Efendi Uskudári, anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. Tractatus utilis, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda spiritalium vita aeterna donavit etc. Auctor: Duas ei, inquit, partes dedi, quae de morte animarumque et corporum resurrectione agunt, et nonnullos viae mysticae 5 asseclarum gradus et summum scientiae studium explicant. Eas denuo in duas partes, sectiones et capita disposui. Altera pars mortem involuntariam tractat et capita continet, altera de morte voluntaria et resurrectione speculativa agit. — 4665. Hayát el-olúm, vita doctrinarum. Tractatus, quem Sheikh Mohammed Maghribi Shádzili de aqua vitali perquirenda scripsit. — 4666. Hayát el-colúb, vita cordium de Theosophia, auctore Mohammed Ben-elhasan Isnúyi, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. — 4667. Hayát el-colúb, vita cordium. Opus paraeneticum, auctore Sheikh Nebi, sive ut alii volunt, Abd-el-bári Ben Turkhán Sinúbi Concionatore. 10 Monet hic se e libris magni aestimatis collegisse cum iis cohaerentia, quae ad bona excitent et a malis deterreant, versus coranicos, traditiones, narrationes

وتسعين باباً وفرغ عن تأليفه في بلدة ادرنه سنة ٩٣٦ وبيع ردود على الخلوتية والصوفية
 ٤٦٦٨ حيوة القلوب فيه ايضا للشيخ جمال الدين حسين بن علي الكحمني ألفه سنة ٩٥٨
 ٤٦٦٩ حيوة النفوس

Sheikhorum testes praeceptorum adhibet, totum in nonaginta septem capita distribuit et in urbe Edrene (Adrianopoli) anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) absolvit. Continet refutationes sectarum *Khalwetiyet* et *Sufiyet*. — 4668. Hayát el-colúb, vita cordium. Opus ejusdem argumenti a Sheikh *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ali Hisni* anno 958 (inc. 9. Jan. 1551) compositum. — 4669. Hayát el-nofús, vita animarum.

باب الحاء المعجمة

٤٦٧. خاتم الشيخ الامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ وهو المشهور بوثق زحل من علم الحروف وله شروح منها شرح شرف الدين ابى عبد الله بن فخر الدين عثمان بن على المعروف بابن بنت ابى سعد اُملى في مجلسين احدهما في ثامن محرم سنة ٨١٤ 5 سماه مستوجبة المحامد في شرح خاتم ابى حامد ٤٦٧ خادم الراضى والروضة في الفروع لبدر الدين محمد بن بهادر الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧١٤ ذكر في بغية المستفيد انه اربعة عشر مجلدا كل منها خمسة وعشرون كراسة ثم ابى رأيت المجلد الاول منها افتتح بقوله الحمد لله الذى امدنا بنعمائه الخ وذكر انه شرح فيه مشكلات الروضة وفتح مغلفات فتح

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA KHÁ PUNCTO
DIACRITICO NOTATA INCIPIUNT.

4670. Khátim El-Sheikh, annulus signatorius Sheikhi et Imáni *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortui. Opus plerumque *Wafc Zohal* (quadratum talismanicum planetae Saturni) dicitur et de usu literarum mystico agit. Inter ejus interpretes fuit *Sheref-ed-dín Abu Abdallah Ben Fakhr-ed-dín Othmán Ibn Ali*, vulgo *Ibn bint Abi Sa'd* dictus, qui in duobus consessibus dictavit, quorum prior die octavo mensis Moharrem anni 894 (inc. 5. Dec. 1488) habitus et *Mostaujibet el-mehámid fi sharh Khátim Abi Hámid* inscriptus 5 est. — 4671. Khádím El-Ráfii we El-Raudhet, famulus *Rafii* et operis *Raudhet* de partibus juris derivatis, auctore *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Behúdir Zerkeshi Shafiita*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. In opere *Bughyet el-mustefid* ei quatuordecim volumina tribuuntur, quae singula viginti quinque quiniones continent. Vidi primum volumen, quod ab his verbis incipit: Laus Deo, qui gratia sua nobis terminavit etc. Se exposuisse dicit locos difficiles operis *Raudhet*

- العزیز وهو على اسلوب التوسط لنادری وأخذ جلال الدين السيوطى يختصر من الزكوة الى آخر الحجّ ولم يتمّ وسمّاه محصين الخادم ٤٧٢ خادم النعل الشريف رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره في فهرس مؤلفاته من فنّ الحديث ٤٧٣ الخاطرات لابن جتى ٤٧٤ خافية في علم الحروف مختصرات منسوبة الى افلاطون وسامور الهندى اول خافية الحمد لله الذى خلق الانسان الخ والامام جعفر الصادق بن 5 محمد بن الباقر المتوفى سنة ١٤٨ ذكر البسطامى انه جعل فيه الباب انكبير آ ب ت ت الخ والباب الصغير مصوب ومقلوب وهرمس ٤٧٥ خالصة الحقائق لما فيه من اساليب التدقيق لاقى القاسم عماد الدين احمد الغاراني المتوفى سنة ٦٠٧ مجلّد اوله الحمد لله الذى يرى كلّ حتى الخ رتب على خمسين باباً وورد في كلّ منها طرفاً من الاخبار والآثار وكلمات الاكابر والحكم والاشعار وشرغ منه في سنة ٥٩٧ واختصره على بن محمود بن محمد الرائى البدخشاني وسمّاه 10

et obscuriora explanasse libri *Fat'h el-aziz* ad rationem libri *Tewassot* ab *Adrei* editi. *Jelul-ed-din Soyuti* opus in epitomen *Tehsin El-Khadim* inscriptam cogere incepit a capite Eleemosynae usque ad caput Peregrinationis Mekkanae, nec tamen absolvit. — 4672. *Khadim el-na'l el-sherif*, famulus calcei nobilis. Tractatus *Jelul-ed-dini Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui, quem in operum suorum catalogo in scriptis de re traditionaria numerat. — 4673. *El-Khatirat*, cogitationes, auctore *Ibn Jinni*. — 4674. *Khafiyet*, 5 occulta. Compendia de usu literarum mystico, quae Platoni et *Samuro* Indo tribuuntur, quorum unum ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit etc. Alia ejusdem tituli opera ediderunt *Imam Jafar El-Sadic Ben Mohammed Ben Bakhir*, anno 148 (inc. 27. Febr. 765) mortuus, qui teste *Bistami* caput magnum e literis *Elif, Ba, Ta, Thu* et quae sequuntur, composuit et parvum caput e literis desuper descendentibus et inversis — et *Hermes*. — 4675. *Khaliset el-hacac*, veritates exquisitae propter varia subtilitatum genera iis inserta, auctore *Abu'l-casim Imad-ed-din Ahmed Farabi*, anno 607 (inc. 25. Jun. 1210) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui omne vivum creavit etc. Auctor quinquaginta capita fecit, quibus singulis nonnullas prophetae ejusque sociorum traditiones, virorum magnorum effata, 10 apophthegmata et carmina immiscuit. Opus anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) absolvit, et *Ali Ben Mahmud Ben Mohammed Ruidh Bedakhshani* ejus epitomen edidit *Akhlav*

أخلص الخالصة لخصه على سبيل الإيجاز والاختصار أوله الحمد لله الواحد القديم السلام الخ
 ٤١٧١ خاور نامه فارسی منظوم لمحمد بن حسام الدين المتوفى سنة ٨٩٣ بقمستان نظم فيه
 سيره على بن ابى طالب رضى الله عنه ٤١٧٧ خبايا الزوايا فى الفروع لبدر الدين محمد بن
 عبد الله الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤ أوله الحمد لله الذى لم تزل نعمته تتجدد الخ
 5 ذكر فيه ما ذكره الرافعى والنورى فى غير مظهرتيا من الابواب فرد كل شكل الى شكله وكل فرع
 الى اصله الخ واستدرك عليه الشريف عز الدين حمزة بن احمد الحسيبى الدمشقى الشافعى
 المتوفى سنة ٨٧٤ ومما به بقايا الخبايا ولبدر الدين ابى السعدات محمد بن محمد البلقينى
 المتوفى سنة ٨٩٠ حاشية عليه ٤١٧٨ خبايا الزوايا فيما فى الرجال من البقايا مجلد لاديب
 العصر شباب الدين احمد الحفاجى المصرى [المتوفى سنة ١٠٩٩] اوله حمدا لك اللهم بطوق جيد
 10 البلاغة نظم عقوده الخ ذكر فيه آباء عصره من شيوخه وشيوخ ابيه كصاحب الذخيرة

el-kháliset inscriptam, ubi meliora breviter et compendiose in summam collegit et ita incepit: Laus Deo unico, aeterno, saluti etc. — 4676. *Kháwer-námeh*, liber solis. Carmen persicum, ubi *Mohammed Ben Hosám-ed-din*, anno 892 (inc. 28. Dec. 1486) in Cahistán mortuus, vitam *Alí Ben Abi Tálib*, cui Deus propitius sit, describit. — 4677. *Khabáyá el-zewáyá*, arcana in angulis latentia de partibus juris derivatis, auctore *Bedr-ed-din Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi Shafiita*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. Incipit opus ita: Laus Deo, cujus gratia nullo tempore se renovare desinit etc., et auctor hic eadem profert, quae *Ráfi* et 5 *Newenci*, minime vero ordinem et locum capitum secutus est, ut singulis figuris congruis locum redderet, et partes derivatas primo fonti adjiceret etc. Quae desiderabantur, *Sherif Izz-ed-din Hamza Ben Ahmed Hoseini Dimeshcki Shafiita*, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus, addidit et supplementum hoc *Becáyá el-khabáyá* inscripsit. *Bedr-ed-din Abu'lseádát Mohammed Ben Mohammed Bolckeini* glossas ad *Khabáyá* in publicum emisit. — 4678. *Khabáyá el-zewáyá*, arcana in angulis latentia de rebus in viris residuis, auctore viro suo tempore humanitatis studiis spectatissimo *Sheháb-ed-din Ahmed Khafáji Misri*, [anno 1069 (inc. 19. Sept. 1658) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Laudem Tibi, o Deus, cujus monilia colli egregia eloquentiae vi certo ordine componuntur etc. Recenset auctor vi:os 10 aetatis suae literarum studiosos, quos doctores habuit, doctores patris sui, inter eos

- وقلائد العقيان واليتيمة والدمية وعقود الجمان ورتب على خمسة اقسام الاول في رجال الشام والثاني في رجال الحجاز والثالث في رجال مصر والرابع في رجال المغرب والخامس في رجال الروم والخاتمة في نظم المؤلف ونثره وهو تأليف لطيف يدل على ميارة مؤلفه في الادب ٤١٧٩ للخبر الدال على وجود القطب والواتاد والنجباء والابدال رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ١١١٥ اوله الحمد لله الذى فارت بين خلقه في المراتب الخ 5 ٤١٨٠ الخبر عن البشر للشيخ تقى الدين احمد بن على المقرئى المورخ المتوفى سنة ٨٤٥ وهو كبير في اربع مجلدات ذكر فيه القبائل وانساب النبى صلعم وعمل له مقدمة في مجلد ٤١٨١ خبر قس بن ساعدة الايادى لابي محمد عبد الله بن جعفر بن درستويه النحوى المتوفى سنة ٣٤٧ ٤١٨٢ خيرة الفقهاء مختصر لاشرف الدين احمد بن اسد الفرغانى الخنقى وهو بكسر الخاء الموحدة كالاختبار بمعنى الامتحان اوله الحمد لله رب العالمين الخ ذكر فيه ان الملك فخر 10

auctores operum *Dzekhîret, Calûd el-icyân, Yetîmet, Dumyet, Ocûd el-jomân*, totumque opus in quinque partes divisit, quarum prima de viris Syriae, secunda de Hijazensibus, tertia de Aegyptiis, quarta de Mauris, quinta de Rumaeis agit. Conclusio orationem auctoris et ligatam et solutam tractat. Opus est elegans, quod sollers auctoris ingenium in rebus ad humanitatis studia pertinentibus probat. — 4679. *El-Khaber El-Dáll*, historia existentiam poli (i. e. Sufi pii), paxillorum (i. e. quatuor virorum in quatuor terrae tractibus habitantium), quadraginta mundi creati gestatorum et monachorum devotorum *Abdâl* dictorum probans, auctore Sheikh 5 *Jelâl-ed-dîn Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui inter ordines rerum creaturarum distinxit etc. — 4680. *El-Khaber an el-besher*, notitia de genere humano, auctore Sheikh *Tucki-ed-dîn Ahmed Ben Ali Macrizi* Historiographo, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. Liber magnus quatuor voluminum, in quo tribus Arabicae et genealogiae prophetae laudantur. Praemissa est introductio singulari volumine. — 4681. *Khaber Coss*, notitia *Cossi Ben Sâida Iyûdi*, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Jafar Ben Dorostaveih* Grammatico, anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuo. — 4682. *Khibret* (quae vox idem significat quod *Ikhtibâr* i. e. *Imtihân*) *el-focahâ*, experientia jurisconsultorum, auctore *Eshref-ed-dîn* 10 *Ahmed Ben Ased Ferghâni* Hanefita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc. Ibi jurisconsultos a principe *Fakhr-ed-dewlet Arslân*

الدين أرسلان اقبل على الفقهاء وأن بعض اكابر الدولة سئل ان يترجم كتاباً جمعه الفقيه ابو يوسف يعقوب بن يوسف بن طلحة في ايام ابراهيم بن ناصر الدين سبكتكين بالفارسية فجله عربياً وسماه بستان الاسولة وهو مشتمل على مسائل وكانت عادة الملوك تجرية العلماء بالمسائل اختبأراً عن علمهم وهى على ثلاثة اصرب الاول ان يكون المسئلة مشتملة 5 على وجوه وتفصيل والثالى ان يكون مسئلتان متشابتان ظاهراً وبينهما فرق فى الحكم والمعنى والثالث مسائل تبعد عن الفهم ويحتاج فى استخراجها الى زيادة تأمل ٤٨٣ ختم الانبياء للشيخ ابي عبد الله محمد بن على المعروف بالحكيم الترمذى المتوفى سنة ٢٥٥ وهو مختصر اوله الحمد لله رب العالمين الخ ٤٨٤ خديم الظرفاء ونديم اللطفاء من كتب الادب فيه اشعار رائقة وامثال وحكم فائقة وهزل مطرب رتبة على اثني عشر قسماً اوله الحمد لله 10 الذى اوضح لذوى الادب منياج البلاغة الخ ٤٨٥ خرائد الملوك فى فوائد السلوك للشيخ

sollicitatos esse dicit, et se a quodam viro aulae spectato rogatum esse, ut librum traderet, quem *Abu Yusuf Yacub Ben Yusuf Ben Telha* Jurisconsultus tempore *Ibrahimi Ben Násir-ed-din Sebektein* persice composuerit. Vertit igitur eum arabice et hanc versionem *Bostán el-eswilet*. appellavit. Complectitur quaestiones, et consuetudo erat principum viros doctos quaestionibus experiri ad doctrinam eorum probandam. Hae quaestiones triplicis sunt generis, quarum primum eo spectatur, quod quaestio varios modos et partes singulas complectitur, secundum, quod duae quaestiones extrinsecus inter se similes sunt, at bene distinguendae pro usu et 5 argumento, tertium, quod quaestiones haud satis apertae sunt ad intelligendum earumque explicatio strenuiori eget cogitatione. — 4683. *Khatem el-anbiyá*, annulus prophetarum signatorius, auctore *Sheikh Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Tirmidzi*, vulgo *Hakim* cognominato et anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 4684. *Khadim el-tzorafá we Nedim el-lotafá*, famulus ingeniosorum et sodalis perspicacium. Pertinet ad opera ethica et carmina continet elegantia, proverbia, apophthegmata praestantissima, jocos oblectantes. Totum in duodecim partes distributum est et incipit ita: Laus Deo, qui viam eloquentiae viris literarum ethicarum studiosis 10 aperit etc. — 4685. *Kharáid el-molúk fi fewáid el-solúk*, margari'ae principum non perforatae de praeceptis viae mysticae utilibus, auctore *Sheikh*

عبد الرحمن بن محمد البسطامي مختصر على بايين اوله في رئاسة الفصل والثاني في كشف
 الالتباس عما قيل في الخضر والياس آفة لابي العباس خضر بن الياس القاضي اوله الحمد لله
 الذي انزل كتاب عدله انج ٣١٢ خرد نامه منظومات فارسية وتركية وفارسية لمولانا عبد
 الرحمن الجامي جعله السابع من كتاب هفت اورنك ووزنه من زحاف المتقارب المثنى ومن
 خمسة النظامي فيقال له اسكندر نامه وتركية لمولانا شيخى الكرماني كتبه للسلطان محمد بن 5
 يلدرم ولمولانا محمود بن عثمان المعروف بلامعي اليرسوي المتوفى سنة ٩٤٠ ٣١٧ خريدة الامثال
 ٣١٨ خريدة العجائب وثرية الغرائب لزين الدين عمر بن المظفر ابن الوردى المتوفى
 سنة ٧٤٩ وهو مجلد نصف اوله في ذكر اقاليم وبلدان والباقي في بعض احوال المعدن والنبات
 والحيوان لكنه اورد في اوله دائرة مشتملة على صور الاقاليم والبحار زعمًا منه انه كذلك
 في نفس الامر وهو الضلال البعيد عن الحَق المطابق للواقع فان الرجل ليس من 10

auctore *Moharrem Ben Mohammed Ben Arif Zeili*, anno ... mortuo. Dispositus est in quinque sectiones, quarum prima probatur, suctum rem esse sacram, secunda de iis agit; quibus sugere haud licitum est, tertia de iis, quibus sugere licet, quarta de iis, quae de lacte non humano statuenda sunt, quinta de iis, quibus nutricibus esse haud licet. Incipit ita: Laus Deo, qui signa scientiae elevat etc., et mense Jomádzi I. anni 991 (inc. 15. Jan. 1583) absolutus est. — 6153. *Risálet fi el-regháib*, tractatus turcicus de robus precatione expetendis et de ejus prohibitione Mohammedanorum orthodoxorum consensu, auctoribus *Sheikh Mohammed Ben Mustafa*, vulgo 5 *Cádhizádeh* dicto et anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuo — viro doctissimo *Zein-[ed-dín] Ben Nojeim Mísri*, anno [970 (inc. 31. Aug. 1562)] mortuo — et *Sheikh Ali Mocaddesi*, anno ... mortuo, qui tractatum, de quo supra videndum est, *Rad'o' el-rúghib* inscripsit. — 6154. *Risálet fi raf'i' el-yad fi el-salát*, tractatus de manibus inter precationem solemnem tollendis et de hac consuetudine apud Hanéfitas prohibita, auctore *Abu Hanífa Emir Kátib Ben Emir Omar Kiviám-ed-dín Fárábi*, anno [758 (inc. 25. Dec. 1356)] mortuo, qui ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc., et: Cum, inquit, anno 747 (inc. 24. Apr. 1346) in Syriae fines pervenissem, Damasci hospitio legati *Seif-ed-devlet* nocte vicesima septima mensis Ramadhán honoratus sum. Precati sumus apud eum preces vespertinas, et 10 Imamus in se deorsum inclinando et in capite ex ista inclinatione levando manus sustulit. Ego vero precationem repetii, et: Esne Malikita an Shafiita? roganti mihi

قال انا شافعي فقلت لو لم ترفع يديك في صلاتك ما كان يصرك ولا تفسد صلاتك على
 مذهبك فلما رفعت فسدت صلاتنا اما كان الاول ان لا ترفع حتى تكون صلاتك جائزة
 بالاتفاق فقابل الرجل متى سمع كلامي فلام بعض من كان على مذهبنا وقال لم تعلمي
 ذلك وقد كنت تتردد الي من زمان فما اجاب بطلانك خاف على سقوط حرمة وكابر وقال
 5 لا تفسد الصلاة ولما كبر ذلك على مذهب اني حنيفة ولم يرو عنه فيه شيء فقلنا روى
 مكحول النسفي فساده فطال الجدل اني ان صنف ذلك وفي رده رسالة لـحمود بن احمد
 القونوي الحنفي اوليا اما بعد حمد الله على الاله الخ ١١٥٥ رسالة في الرمل لابي عبد الله
 الزناتي ١١٥٦ رسالة الروح للمولى احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ اوليا
 انحمد لله الذي خلق الانسان اثورا الخ وشرحها رمتان بن محمد بن سليمان المعروف
 10 بسعيي التيروي في آخر سنة ٩٦٥ اوله انحمد لله العلي المتعال الخ ١١٥٧ رسالة روح

ille respondit: Sum Shafīta. Nisi, dixi, manus in precatione tua sustulisses, nihil
 damni contraxisses neque tuae sectae convenienter precationem irritam fecisses. Quas
 cum tolleres, preces nostras irritas fecisti. Profecto optimum fuisset, manus non tollere,
 ut precatio tua utriusque sectae consensu licita fuisset. Imamus verbis meis auditis
 se opposuit; at alius quis sectae nostrae addictus reprehendit his verbis: Quidni me
 hoc docuisti, cum per longum tempus me jam adieris? Imamus ita respondit, ut
 nullo modo boni quidquam proferret. Metuit autem, ne dignitatem perderet, et
 sermone tumido usus: Preces, inquit, non irritas fecisti. Quod cum tanquam sectae 5
Abu Hanifae convenienter repeteret, neque tamen quidquam hujus auctoritate
 confirmatum referre posset, quod sententiam suam probaret, exclamavimus: Narrat
Makhūl El-Nesefi ipse suam perversitatem. Haec controversia diutius tenuit, donec
 tractatus ille componebatur, cujus refutationem *Mahmūd Ben Ahmed Cunevi*
 Hanefita edidit. Haec ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus pro ejus
 beneficiis etc. — 6155. *Risālet fi el-raml*, tractatus de doctrina ex figuris in
 arena descriptis vaticinandi, auctore *Abu Abdallah Zenūti*. — 6156. *Risālet*
el-ruh, tractatus de spiritu, auctore *Molla Ahmed Ben Soleimān Ibn Kemālpasha*,
 anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui homines ita
 creavit, ut diversa genera essent etc. Commentarium ejus, qui ita incipit: Laus
 Deo sublimi, excelso etc., *Ramadhān Ben Mohammed Ben Soleimān Tirewi*, vulgo 10
Sa'yi dictus, exeunte anno 965 (inc. 24. Oct. 1557) confecit. — 6157. *Risālet*

- القدس - للشَّيْخِ مُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ الْعَزِيزِ بْنِ أَبِي بَكْرِ الْقُرَشِيِّ الْمَدِينِيِّ نَزِيلٌ تَوْنَسَ فِيهَا أَحْوَانُهُ ٦١٥٨ رِسَالَةٌ فِي الرُّؤْيَا وَالْكَلَامِ لِمُحَمَّدِ بْنِ تَاجِ الدِّينِ الشَّيْبَانِيِّ الْخَطِيبِ الرَّومِيِّ الْمُتَوَفَى سَنَةَ ٩١٠ رَتَّبَهَا عَلَى مَطْلَبِينَ الْاَوَّلَ فِي الْكَلَامِ وَفِيهِ ثَلَاثَةٌ مَبَاحِثَ وَالثَّانِي فِي الرُّؤْيَا اَوَّلُهُ الْحَمْدُ لِلَّهِ الَّذِي جَدَّ جَنَابِهِ عَنِ اَنْ يَكُونَ شَرِيعَةً لِكُلِّ وَارِدِ الْخَلْقِ اَلْفِيَا فِي دَوْلَةِ السُّلْطَانِ بَايْزِيدِ 5
- ٦١٥٩ رِسَالَةٌ فِي رُؤْيَا اَللهِ تَعَالَى فِي الْمَنَامِ وَرُؤْيَا رَسُوْلِهِ صَلَّى اللهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ لَاحِي زَيْدِ عَبْدِ الرَّحْمَنِ بْنِ الْخَطِيبِ السَّيْبِلِيِّ الْاَنْدَلُسِيِّ [الْمُتَوَفَى سَنَةَ ٥٨١] ٦١٦٠ رِسَالَةٌ فِي رُؤْيَا النَّبِيِّ صَلَّى اللهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ لِيَبْرَحَةَ خَلِيْفَةَ الْمُتَوَفَى سَنَةَ ٩٣٠ ٦١٦١ رِسَالَةٌ فِي الرَّحْمَنِ لِلْمَوْلَى يُوْسُفَ بْنِ الْحَسَنِ الْمَعْرُوفِ بِكِرْمَاسْتِي الْمُتَوَفَى سَنَةَ ٩٠٩

الرَّءَا

- ٦١٦٢ رِسَالَةٌ فِي الرَّأْيِ لِعَمْرِ بْنِ اَحْمَدَ بْنِ عَلِي الْخَضْرَاءِيِّ الْمُتَوَفَى سَنَةَ اَوْلِيَا اَمَّا بَعْدَ حَمْدِ 10

ruh el-codos, epistola de spiritu sancto, quam Sheikh *Mohyi-ed-din Ibn Arabi* Mekkae anno 600 (inc. 10. Sept. 1203) de anima sincere admonenda ad fratrem *Abu Mohammed Abd-el-aziz Ben Abi Bekr Coreshi Mehdeui* Tunetanum scripsit. Commemorat ibi omnia, quae conditionem suam spectabant. — 6158. *Risálet fi el-ruyet we el-ke lám*, tractatus de conspectu et sermone, auctore *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Táj-ed-din Rumi*, vulgo *Ibn-el-khatib* dicto et anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuo, qui eum in aula Sultani *Báyezid* composuit et in duos quaestionis locos distribuit, quorum prior de sermone agit et tres disquisitiones 5 continet, posterior conspectum tractat. Incipit ita: Laus Deo, cujus majestas nimis augusta est, quam ut via sit unicuique venienti etc. — 6159. *Risálet fi ruyet Allah*, tractatus de Deo per somnium videndo et de conspectu ejus prophetae, auctore *Abu Zeid Abd-el-rahman Ben-elkhatib Soheili Andalusí*, [anno 581 (inc. 4. Apr. 1181) mortuo]. — 6160. *Risálet fi ruyet el-nebi*, tractatus de conspiciendo propheta, cui Deus faveat, auctore *Yakhshi Khalifa*, anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuo. — 6161. *Risálet fi el-rahm*, tractatus de pignore, auctore *Molla Yusuf Ben-elhosein*, vulgo *Kermáseti* dicto et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Zá* incipiunt.

- 10 6162. *Risálet fi el-záir*, tractatus de visitatore, auctore *Omar Ben Ahmed Ben Ali Khattábi*, anno ... mortuo, qui ita orditur: Praemissis praemittendis.

- الد كما يليق بجناحه الخ اوضح فيها ما اقله النسبى بالرموز الخفية في الدائرة الكرية
 ٩١٦٣ رسالة في الزباد للشيخ كمال الدين الصفي البروجي ٩١٦٤ رسالة الزرقالة المعروف
 بانصفحة للشيخ ابي اسحق ابراهيم الزرقلي القرطبي وهي على مائة باب ألفها للمعتمد على
 الله [تعالى] محمد بن عباد اولها أما بعد حمد الله الحقيقي الخ ورسالة الزرقالة فارسي
 5 مختصر لمحمود بن محمد الشير بغيرم جلبي المتوفى سنة ٩٣١ رتبها على مقدمة واحد
 وخمسين بابا اولها الحمد لله الذي خلق السموات والارض الخ ألفها للسلطان بايزيد
 خان وفرغ في سنة احدى عشرة وتسعمائة ذكر فيها أن الزرقالة اولي الآلات واشرفها واتمها
 واشملها واخفيا واسليا مؤنة لكنه لما كان من افضل العرب لم يشتهر في بلاد العجم
 ٩١٦٥ رسالة زرقالة الشكازي لاحمد بن عمر الشاذلي اولها الحمد لله حق حمده الخ
 10 وهي الربع انشكازي وهي على اربعة عشر بابا ٩١٦٦ رسالة الزعفرانية في اصول الدين
 ورد حجج المخالفين اولها الحمد لله الذي عمى عطاياه الخ ٩١٦٧ رسالة في الزكام

Laudetur Deus eo modo, quo ejus dignitati convenit etc., et explicare hic studuit, quae *Sebtî* obscuris verbis in *El-Dâiret El-Korriyet* involverat. — 6163. Risâlet fi el-zebâd, tractatus de zibetho, auctore Sheikh *Kemâl-ed-din Safi Behrûji*. — 6164. Risâlet El-Zercâlet, tractatus de quadrante *Zercâlet*, vulgo *Safihat* i. e. tabula dicto, quem Sheikh *Abu Is'hac Ibrâhîm Zercali Cortubi Motamido ala allah Mohammed Ben Abbâd* composuit et in centum capita distribuit. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus verus etc. Tractatum alium de quadrante *Zercâlet* compendium persicum continet, quod *Mahmûd Ben Mohammed*, vulgo *Mirem 5 Jelebi* dictus et anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuus, Sultano *Bûyezid Khân II.* composuit et anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) absolvit. Dispositum est in praefationem et quinquaginta unum capita, et incipit ita: Laus Deo, qui coelos et terram creavit etc. Monet auctor, *Zercâlet* instrumentum esse praestantissimum, nobilissimum, perfectissimum, praeter cetera universale, levissimum, ad portandum facillimum. Attamen cum auctor esset ex doctissimis Arabibus, tractatus in terra Persarum non innotuit. — 6165. Risâlet *Zercâlet El-Shekkâzi*, tractatus de quadrante *Zercâlet El-Shekkâzi* dicto, qui idem est cum quadrante *Shekkâzi*, auctore *Ahmed Ben Omar Shâdzili*. Incipit ita: Laus Deo talis, quali dignus est etc., et in quatuordecim 10 divisus est capita. — 6166. El-Risâlet El-Zaferâniyet, tractatus sectae *Zaferâniyet* de dogmatis religionis fundamentalibus et argumentis dissentientium diluendis. Incipit ita: Laus Deo, cujus dona universalis sunt etc. — 6167. Risâlet

- واسبابه وعلاجه لابن الحجاز احمد بن ابراهيم الافريقي الطبيب المتوفى سنة ٦٦٨ رسالة في
 الزنديق للاخوين سماحا السيف المشيور اوليا احمد لله الناصر لاوليائه الخ ٦٦٩ رسالة
 في زيادة الايمان ونقصانه لجلال الدين رسولا بن احمد التتباي الحنفي المتوفى سنة ٧١٣
 ٦١٧. رسالة في زيارة القبور والدعاء فيه للشيخ الرئيس ابن سينا هذبها الشيخ ابو سعيد
 ٦١٧. رسالة الزينية في النحو شرحها شباب الدين رسماه كشف انداق 5

السين

٦١٢. رسالة ساليديس الملك مع ارميوس الحكيم في الصنعة ٦١٣. رسالة في سب
 الدين صلى الله عليه وسلم واحكامه للمولى حسام الدين حسين بن عيد الرحمن المتوفى
 سنة ٦١٩ جعلها في ثلثة اقسام آ فيما يكون سباً وما لا يكون آ في حكم انساب
 ٦ في حكم [الساب] من الكافرين ٦١٤. رسالة في شرح سبجانك ما عرفناك حق 10

fi el-zokám, tractatus de gravedine ejusque caussis et curatione, auctore *Ahmed Ben Ibráhím Ifricki* Medico, vulgo *Ibn-eljezzár* dicto et anno ... mortuo. — 616S. Risálet fi el-zindíc, tractatus de mago, vulgo *El-Seif El-Meshhúr* inscriptus, auctore *Akhuin*. Incipit ita: Laus Deo anicorum suorum adjutori etc. — 6169. Risálet fi ziyádet el-imán we nocsánihi, tractatus de fidei incremento et decremento, auctore *Jelál-ed-din Rasúla Ben Ahmed Tebbáni* Hanefita, anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuo. — 6170. Risálet fi ziyáret el-cobúr, tractatus de visitatione sepulchrorum et precibus ibi faciendis, auctore *Sheikh Reyis Ibn Siná*. 5 *Sheikh Abu Saïd* eum recognitum edidit. — 6171. El-Risálet El-Zeiníyet, tractatus *Zein-ed-dínicus* de grammatica. *Sheháb-ed-dín* eum commentatus est commentariumque *Kashf el-decáic* inscriptit.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Sin* incipiunt.

6172. Risálet Sáleidos el-melik, epistolarum commercium Seleuci principis cum *Hermia* philosopho de alchymia. — 6173. Risálet fi sebb el-nebi, tractatus de maligna prophetae, cui Deus benedicat, criminatione et de iis, quae de ea statuenda sunt, auctore *Molla Hosám-ed-dín Hosein Ben Abd-el-rahman*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuo, qui eum in tres partes divisit — 1. de eo, quod criminationis dici potest et quod non — 2. de eo, quod de criminatione 10 statuendum est, et — 3. de eo, quod de fidei islamicae adversariis criminantibus statuendum est. — 6174. Risálet fi sharh „Sobhaneka“ etc., tractatus

معرفتك وتحقيقه للشيخ محمد بن قطب الدين الأزنيقي المتوفى سنة [٨٥٠] وعى على مقدمة
 وفتوح وخاتمة أوليا الحمد لله الذي غرى في بحار معرفته عقول العقلاء الخ قال وقع ذلك
 في أرواد المشايخ الكبار فبعث من الناس نسب قائله إلى الخطباء والخطل وبعض إلى الكفر
 والزلل دعوى بالله تعالى من لفظتيم الشنعاء. ١١٧٥ رسالة في سبع أشكال على المواقف للمولى
 5 مصلح الدين مصطفى القسطلاني المتوفى سنة ٩٠١ وله علينا شرح ولابن الخطيب محمد
 حاشية علينا ١١٧٦ رسالة في سجون السيول لابن كمال باشا ولغيره أوليا اللهم منك نستيدى
 ولك نستكين الخ ١١٧٧ رسالة السر في الكيمياء ليرمس بودشير قسطنان بن أراميس إلى
 امتوناسية ابنة اشنوس أم هون الكاعن وهذه أصيبت في أخميم الداخلة تحت لوح مرمر
 في قبة فيها امرأة ميتة تامة الخلق صفاتها ممدودة إلى رجليها وعليها سبع حلل مذهبة
 10 ولها كلبا زر واحد بين قميص من ذهب وحوليا اسرة صغار عليها اموات في هيئة الصبيان

explicationem continens verborum: „O Deus sancte! Te non cognoscimus ita ut cognosci debes“ et de subtili horum verborum cognitione agens, auctore Sheikh *Mohammed Ben Cotb-ed-din Iznicki*, anno [885 (inc. 13. Mart. 1480)] mortuo. Dispositus est in praefationem, sectiones et conclusionem, et incipit ita: Laus Deo, qui in maria Tuae cognitionis mentes intelligentium immergis etc. Auctor: Leguntur, ait, haec verba in pericopis precum Sheikhorum insignium, et sunt homines, qui ita precantem in errorem et stultitiam incidere, alii, qui vel impium et peccatorem eum esse dicant, a quorum sermone turpi ad Deum averruncum confuginus. — 6175. *Risálet fi seb'i' ashkál*, tractatus de septem figuris ad librum *Mewáckif*, auctore Molla *Moslih-ed-din 5 Mustafa Casteláni*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuo. Idem commentarium in eum edidit, et *Ibn-elkhatib Mohammed* glossas. — 6176. *Risálet fi sojúd el-sahw*, tractatus de adoratione praetermissa, auctoribus *Ibn Kemálpasha* et alio quodam. Incipit ita: O mi Deus, a Te petimus, ut nos rectam viam ducas, et Tibi nos submittimus etc. — 6177. *Risálet el-sirr*, epistola arcani de alchymia a *Hermete Budeshir Costánes Ben Arámis* ad *Imtunásia Eshnúsi* filiam et *Hauñi* arioli matrem. Inveniebatur illa in urbe Aegyptiaca *Ikhmim* inserta sub tabula marmorea in sacello, ubi femina mortua erat perfectioris formae, cujus crines plexi ad pedes usque promissi erant, septem palliis auro intextis induta, quibus omnibus unus tantum globus 10 vestiarius erat inter indusium aureum, et circa eam throni stabant parvi, in quibus

وعده الرسالة تحت رأسها في لوح من ذهب شبيه بالكتف العظيمة بسواد خنط غريب
 والمأمون [العباسي حينئذ] بمصر ففسرت له مع المزامير التي فسرت والذي فسرها رجل
 من حمير كان عالماً بالمسانيد وكان معها رسالة متوناسية [منسوبة] إلى هرمس وهي من
 المتوناسية الملكة إلى هرمس بودشيري قسطنس بن اراميس اوليا باسم اله الاليتة الحقف قبل
 كل شيء الخ ٩١٧٨ رسالة في السعي والبطالة للمولى شمس الدين أحمد بن سليمان ابن 5
 كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ اوليا الحمد لله الذي علمنا وجوه المكاسب الخ وللمولى اخي
 زاده محمد المتوفى سنة اوليا الحمد لله الذي جعل طوائف الأنام الخ ٩١٧٩ رسالة السعيدية
 في المآخذ الكندية في مجلد لاني محمد سعيد بن مبارك المعروف بابن الدعان النحوى
 المتوفى سنة ٥٩٩ وهو مشتمل على سرقات المتنبي ٩١٨٠ رسالة في سلسلة النقشبندية لنور
 الدين عبد الرحمن بن أحمد الجامي المتوفى سنة ٨٩٨ ٩١٨١ رسالة في السلوك للشيخ شيبان 10
 الدين عمر بن محمد السبرودي [المتوفى سنة ٩٣٣] بدأ فيه بانوصية ثم اورد فتوحات وللشيخ

mortui erant forma puerorum. Epistola ipsa sub ejus capite jacebat tabulae aureae
 inscripta scapulae magnae simili, literis peregrinis exarata. *Mamún* [Abbasida tum
 temporis] in Aegypto fuit, cui ea simul cum hymnis explicabatur. Interpres autem
 vir fuit e gente *Himyar* in antiquis scripturis Himyariticis explorandis versatissimus.
 Cum illa epistola alia *Metunasiae* inveniebatur *Hermeti* [tributa]; scripta autem
 est a *Metunasia* regina ad *Hermetem Budeshiri Costanes Ben Arámts*, et incipit
 5 ita: Nomine numinis numinum veri ante omnes res etc. — 6178. *Risálet fi*
el-sayi we el-betálet, tractatus de studio et otio, auctore Molla *Shems-ed-dín*
Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpásha, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo, qui
 ita incipit: Laus Deo, qui nos modos lucrum faciendi docuit etc. De eadem re
 Molla *Akhúzádeh Mohammed*, anno ... mortuus, tractatum edidit, qui ita incipit:
 Laus Deo, qui hominum genera fecit etc. — 6179. *El-Risálet El-Saídíyet*,
 tractatus *Saidicus* de fontibus *Kindíi*, auctore *Abu Mohammed Saíd Ben Mobárek*
 Grammatico, vulgo *Ibn-eldehhán* dicto et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuo.
 Volumen, quod furta *Motenebbii* continet. — 6180. *Risálet fi el-selselet*
El-Nackishbendíyet, tractatus de catena sectae *Nackishbendíyet*, auctore
 10 *Núr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492)
 mortuo. — 6181. *Risálet fi el-solúk*, tractatus de vita spiritali, auctore Sheikh
Sheháb-ed-dín Omar Ben Mohammed Soharawerdi, [anno 632 (inc. 26. Sept. 1234)
 mortuo]. Incipit a monito et tum ad revelationes pergit. Eandem rem Sheikh

نجم الدين الكبرى ١١٨٣ رسالة في السماع والغناء للقاضي الامام عتيق بن داود اليماني
 الحنفى ١١٨٣ رسالة سمّت القبلة لمحمود بن محمد الشهير بميرم جلي اوليا سمّت قبلة
 الحاجات نحو جلال جنابه الخ رتبيا على مقدمة وباين واعدادها الى السلطان بايزيد خان
 ورسالة اخرى لعلها لتقى الدين اوليا الحمد لله المتعال عن العجبات الخ وهو مرتب على
 5 مقدمة ومقصد وخمسة فصول ١١٨٤ رسالة سمّت القبلة لمحمود بن محمد بن محمود اوليا
 حمد محمود واجب على من اشرف بنوره الخ آفيا للوزير محمود پاشا ورتبيا على مقدمة
 ومقالة ١١٨٥ رسالة السمردى للشيخ احمد ابن ابي الحسن النامقى للجامى المتوفى سنة ٥٣١
 ١١٨٦ رسالة في السنجاب لنجم الدين محمد بن عبد الله بن قاضى عجلون المتوفى سنة ٨٧٦
 جنح فيه لتأييد عدم ظهارته وناظر فيه الشيخ البدر بن القطان واستظير على ظهارته بمنقول
 10 المذهب في الحيوان المذكى واستظير الناجم على عدميا بتواتر الاستفاضة على خنقه وحينئذ فلا

Nejm-ed-din El-Kobra tractavit. — 6182. *Risálet fi el-simá' we el-ghiná*, tractatus de musica et cantu, auctore Cádhi et Imámo *Atic Ben Dawud Yemáni Hanefita*. — 6183. *Risálet semt el-ckiblet*, tractatus de plaga templi Mekkani, auctore *Mahmúd Ben Mohammed*, vulgo *Mirem Jelebi* dicto, qui ita incipit: Plaga directionis necessitatum versus dignitatem ejus majestatis etc. Disposuit eum in praefationem et duo capita et obtulit Sultano *Bayezid Khán*. Alius praeterea tractatus exstat, qui fortasse *Tacki-ed-din* auctorem habet et ita incipit: Laus Deo nimis excelso, quam ut ad plagam ullam perlineat etc. Distributus est in praefationem, 5 consilium et quinque sectiones. — 6184. *Risálet semt el-ckiblet*, tractatus de plaga Ckiblae, quem *Mahmúd Ben Mohammed Ben Mahmúd Weziro Mahmúdpasha* composuit et in praefationem et dissertationem distribuit. Incipit ita: Laus laude digni officium ejus est, qui illius lumine eminet etc. — 6185. *Risálet El-Samar-candi*, tractatus *Samarcandü*, auctore Sheikh *Ahmed Ibn Abilhasan Namicki Jámi*, anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuo. — 6186. *Risálet fi el-sonjáb*, tractatus de sciuro, auctore *Nejm-ed-din Mohammed Ben Abdallah Ben Cádhi Ajlún*, anno 876 (inc. 20. Jun. 1471) mortuo, qui hic ad ejus puritatem negandam inclinatus. Sheikh *Bedr-ed-din Ben-elcattán* autem contra disputaverat, qui ut ejus puritatem defenderet ad ea confugit, quae de animalibus mactandis a sua 10 secta praeciipiuntur; at *Nejm-ed-din* ejus impuritatem demonstraturus relationum de ejus jugulatione nixus est serie; nec tum concinnando ejus pili purgantur. —

بطهر شعره بالدينغ ٩١٨٧ رسالة السنجرية في كائنات العنصرية لعمر بن سهلان الساجي
 ٩١٨٨ رسالة السنية في شرح المقدمة المطرزية تأتي ٩١٨٩ رسالة في السياسة للشيخ الرئيس
 ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٩١٩٠ رسالة في السياسة الشرعية
 لده افندى ولاين نجيم ٩١٩١ رسالة السيفية والقلمية للمولى على بن امر الله الشهير بابن
 الحناني المتوفى سنة ذكر فيها مناظرة السيف والقلم بالفاظ رانقة وعبارات فائقة على طريقة 5
 الادباء وللمولى احمد البسنوي المتوفى سنة ٩٨٣ ٩١٩٢ رسالة السينية في اصول الفقه لصفي
 الدين محمد بن عبد الرحيم الهندي [الارموي] المتوفى سنة ٧٥٠

الشين

٩١٩٣ رسالة الشافعي في الفقه على مذهبه وهي مشهورة بينهم روى عنه جماعة وتنافسوا
 في شرحها فشرحها ابو بكر محمد بن عبد الله [الشيبياني] للوزقي [النيسابوري] المتوفى سنة ٣٨٨ 10

6187. El-Risálet El-Senjeríyet, tractatus Senjaricus de rebus ex substantiis primariis formatis, auctore *Omar Ben Sahlán Sáveji*. — 6188. El-Risálet El-Seníyet, tractatus pretiosus. Commentarius libri *Mocaddemet Motarrizíyet*, de quo infra dicitur. — 6189. Risálet fi el-siyáset, tractatus de administratione, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Siná*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 6190. Risálet fi el-siyáset el-she'r'íyet, tractatus de punitione legibus praescripta, auctoribus *Dedeh Efendi* et *Ibn Nojeim*. — 6191. El-Risálet El-Seifíyet we El-Calemíyet, tractatus ensis et calami, 5 auctoribus *Molla Ali Ben Amrallah*, vulgo *Ibn-elhinnáyi* dicto et anno ... mortuo, qui hic litigationem ensis et calami verbis pulchris et dictionibus praestantibus secundum rationem humanitatis studiosorum describit, et *Molla Ahmed Bosnewi*, anno 983 (inc. 12. Apr. 1575) mortuo. — 6192. El-Risálet El-Siniyet, tractatus in literam *Sin* desinens de juris principiis, auctore *Safi-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rehim Hindi* [*Ormewi*], anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) mortuo. —

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Shín* incipiunt.

6193. Risálet El-Sháfii, tractatus *Sháfii* de jure ad disciplinam suam, qui inter ejus asseclas notissima fruitur dignitate. Multi ejus auctoritate utuntur, et 10 inter se mutua aemulatione eum exponere studuerunt, ut *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah* [*Sheibáni*] *Jewzecki* [*Nisabúri*], anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuus —

والامام محمد بن علي انفقال الكبير الشاشي المتوفى سنة ٣٦٥ و ابو انوليد حسان بن محمد
 النيسابوري القرشي [الاموي] المتوفى سنة ٣٤٦ و ابو بكر [محمد بن عبد الله] الصيرفي المتوفى
 سنة ٣٣٠ ذكره في شرح الالفية و شرحنا ابو زيد عبد الرحمن انجزولي ويوسف بن عمر و جمال
 الدين افقيسي و ابن انفاكياني و ابو انقاسم عيسى بن ناجي و من شرحنا دلائل الاعلام للصيرفي
 ٥ ١١٩٤ رسالة في الشاكين و اعتقادهم لابي انعباس احمد بن محمد السرخسي الطيب المتوفى
 سنة ٣٠٦ ١١٦٥ رسالة انشأ للشيخ محيي الدين محمد بن علي ابن عري الطائي المتوفى
 سنة ١١٦١ رسالة في شرح حديث ان الله سبحانه و تعالى خلق آدم على صورته لمحمد بن
 محمود بن محمد جمال الدين الاقسرائي [المتوفى سنة نيف و سبعين و سبعمئة] اوله الحمد لله
 الذي خلق بني آدم مرآة الخ ١١٦٧ رسالة الشريفة لصفى الدين عبد المؤمن البغدادي الفه
 10 لشرف الدين عارون بن الوزير صاحب ديوان محمد حين صار معلماً له و كان ماعراً في الادوار
 ولما استوفى هلاكوا على بغداد خرج اليه و دخل عليه فاجبتة مبارته في ضرب العود فكان عقاره

Imám Mohammed Ben Ali El-Coffál El-Kebír Sháshi, anno 365 (inc. 10. Sept. 975) mortuus — *Abu'lwelid Hassán Ben Mohammed Nisabúri Coreshi* [Omayyada], anno 349 (inc. 3. Mart. 960) mortuus — *Abu Bekr* [Mohammed Ben Abdallah] *Seirefi*, anno 330 (inc. 26. Sept. 941) mortuus, qui hunc commentarium in suo *Alfiyae* commentario memorat — *Abu Zeid Abd-el-rahman Jozuli* — *Yusuf Ben Omar* — *Jemál-ed-din Afcahesi* — *Ibn-elfákíhání* — *Abu'lcasim Isa Ben Náji*. Praeterea commentarium ejus continet liber *Deláül el-alám* a *Seirefi* editus. — 6194. Risálet 5 fi el-shákkín, tractatus de scepticis eorumque fide, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 386 (inc. 25. Jan. 996) mortuo. — 6195. Risálet el-shán, tractatus de gradu dignitatis, auctore *Sheikh Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn Arabi Táyi*, anno ... mortuo. — 6196. Risálet fi sharh hadith, tractatus, quo traditio „Certe Deus excelsus Adam ad suam imaginem formavit“ explicatur, auctore *Mohammed Ben Mahmúd Ben Mohammed Jemál-ed-din Acseráyi*, [anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) et quod excurrit mortuo]. Incipit ita: Laus Deo, qui filios Adami creavit, ut speculum essent etc. — 6197. El-Risálet El-She-refíyet, tractatus *Sheref-ed-dinicus*, quem *Safi-ed-din Abd-el-mumin Baghdádi Sheref-ed-dino Harún* filio *Weziri Mohammed* Diwani auctoris composuit, cum 10 ejus praeceptor esset. Fuit rei musicae peritissimus, et cum *Huláku* urbis Bagdad potiretur, obviam se ei obtulit aditumque conveniendi accepit. Peritiam in pulsanda testudine ille adeo est admiratus, ut ejus fundi et possessiones mandato exciperentur,

وامواله مستثناة عن كَلِيَّةِ حكم النهب والغارة كما في حبيب السير ٩١٨ رسالة الشريعة لرد
المقالة الشنيعة في نم علم السحر وتعلمه لامين الدين عبد الوهاب بن احمد بن وهبان
الدمشقي [الحنفى] المتوفى سنة ٧٨٠ ٩١٩ رسالة الشفاء في دواء الوباء للمولى عصام الدين
احمد بن مصطفى الشهير بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٨٠ قال امليتنا نفعاً للمسلمين في امر
الاعتقاد حتى توهم شرنمة ان الهلاك بالقرار والنجاة بالفرار مرتبة على مقدمة ومسلكين 5
وخاتمة وتذييل اما المقدمة ففيها مطالب آ في معنى التوكل ب في محلته ج في اختلاف
الفريقين د في امر الرزق ه في اختلافهما و في امر التداوى المسلك الاول في دلائل من
رجح القرار والثاني في دلائل جواز الخروج خاتمة في بيان الحق وفي التذييل ست مطالب
آ في سببه ب في مبداء وقوعه ج في سببه عند الاطباء د في حكم السراية ه في فضيلته
٦ في الدعاء برفعه ٩٢٠ [رسالة في الشفاعة جزء للشيخ برهان الدين ابراهيم بن محمد 10

quo omnia militibus diripienda et depopulanda data sunt. Ita narratur in historia
Habib el-siyer. — 6198. *Risálet el-sheriát*, tractatus legis, qua dissertatio
indigna de magia ejusque institutione refutatur, auctore *Emin-ed-din Abd-el-wehháb*
Ben Ahmed Ben Wahbán Dimeschki [Hanefita], anno 768 (inc. 7. Sept. 1366)
mortuo. — 6199. *Risálet el-shefá fi dewá el-wehá*, tractatus sanationis de
medicamentis pestilentiae, auctore *Molla Isám-ed-din Ahmed Ben Mustafa*, vulgo
Táshkúprizádeh dicto et anno 968 (inc. 22. Sept. 1560) mortuo. Eum, ait, composui,
5 ut fidelibus utilitati esset in rebus ad fidem pertinentibus, ut adeo plures opinarentur,
mori qui maneret et salvum evadere qui fugeret. Distributus est in praefationem,
duas vias, conclusionem et appendicem. Praefatio sex quaestiones continet — 1. de
eo, quod sit fiducia in Deo — 2. de loco, ubi quaerenda illa est — 3. de diversitate
utriusque factionis — 4. de vitae sustentatione — 5. de diversa hujus rei inter
utramque factionem disciplina — 6. de ratione sibi ipsi medicinam faciendi. — Via
prior de argumentis agit eorum, qui praestantius ducunt manere, posterior de
argumentis, quibus fugam licitam esse probant. In Conclusionem demonstratur, quod
verum justumque sit. Appendix sex continet quaestiones — 1. de causa pestilen-
tiae — 2. de initio, quo ea incidit — 3. de causa ejus apud medicos — 4. de
10 eo quod de morbo latius serpente statuendum est — 5. de ejus merito — 6. de
precazione, ut morbus depellatur. — 6200. [*Risálet fi el-shefáát*, tractatus de
intercessione, auctore *Sheikh Borhán - ed - din Ibrahim Ben Mohammed Náji*.

الناجي اولد الحمد لله الذى علمنا ما لم نكن نعلم الخ] ٦٣.١ رسالة في شكايۃ الاخوان
 ودم الزمان لعماد الدين الفصلى انشأوه لتليف ذكره في الكريده ٦٣.٢ رسالة الشمعيۃ لبعض
 الافاضل اوليا الله ولى الذين آمنوا الخ ٦٣.٣ رسالة في الشوائد للجعبرى تفصيله في كتاب
 الشوائد ٦٣.٤ رسالة الشوقيۃ لمصلح الدين مصطفى بن حسام جمع فيها مكاتباته التى
 5 ارسلها الى احبابه اكثرها عربى وبعضها فارسى والتركى اقل من الفارسى ٦٣.٥ الرسالة الشيبانيۃ
 في اصول الحديث مختصر اوله الحمد لله الذى وفق العلماء لتحصيل الاحاديث النبويۃ
 الخ وعى على مقدمۃ وستة ابواب وخاتمة ٦٣.٦ رسالة الشبوت في الحقائق على طريقة علم
 الحروف للشيخ احمد البونى اوليا الحمد لله منور قلوب العارفين الخ ٦٣.٧ رسالة الشيخ
 الاكبر الى الفخر الرازى قال فيها انا احبك ووقفت على بعض توالييفك ثم اخذ يقول فينبغى
 10 للعادل كذا وكذا كانه نصحه

Fasciculus, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos docuit, quae ignoravimus etc.]. —
 6201. Risálet fi shekáyet el-ikhwán, tractatus de querela fratrum et vitupe-
 ratione temporis, auctore *Imád-ed-dín Fadhlewi*. Eleganter scriptus est et in *Kezidet*
 commemoratur. — 6202. El-Risálet El-Shemaíyet, tractatus candelarum,
 auctore quodam viro bene merito. Incipit ita: Deus amicus est eorum, qui
 credunt etc. — 6203. Risálet fi el-shewádzdz, tractatus de verbis rarioris
 usus, auctore *Ja'beri*. Pluribus de iis sub *Kitáb el-shewádzdz* dicitur. — 6204. El-
 Risálet El-Shauckiyet, tractatus desiderii plenus, auctore *Moslih-ed-dín*
Mustafa Ben Hosám, qui hic epistolas collegit, quas ad amicos suos miserat. Major 5
 earum pars est arabica, nonnullae persice sunt scriptae, et turcicae persicis pauciores
 sunt. — 6205. El-Risálet El-Shihábíyet, tractatus lucidus de doctrinae
 traditionariae principiis. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui homines ad
 traditiones propheticas cognoscendas disposuit etc., et in praefationem, sex capita et
 conclusionem divisum est. — 6206. Risálet el-shohúd, tractatus existentiae
 sensibilis de veritatibus secundum rationem disciplinae de arcanis literarum virtutibus,
 auctore *Sheikh Ahmed Buni*. Incipit ita: Laus Deo corda spiritalium illustranti etc. —
 6207. Risálet El-Sheikh El-Akber, epistola *Sheikhi* maximi ad *Fakhr-ed-dín*
Rázi, ubi: Diligo te, inquit, et plura tuorum scriptorum legi. Tum ita incipit
 dicere: Intelligentem decet nunc hoc nunc alio modo agere, quasi amicum moneret. — 10

- ٤٣٨ رسالة الصاعل والنساجح لابي العلاء احمد بن عبد الله المعري المتوفى سنة ٤٤١
 يتضمن تفسير كتاب من تأليفاته ٤٣٩ رسالة في الصابئين ووصف مذاعبهم لابي العباس احمد
 ابن محمد السرخسى الطبيب المتوفى سنة ٢٨٩ - ٤٣٠ رسالة الصغرى والكبرى فارسي للسيد
 الشريف على بن محمد الجرجاني المتوفى سنة ٨١٦ حرّبه ابنه محمد وسمّاه الغرة والدرّة 5
 ٤٣١ رسالة الصحيفة الآفاقية المسماة بالجامعة من الاسترلابات وعملها لعماد بن خضر
 المعروف بابن محمود اثنجندى وعى على ستين باباً وبلغت على مقدمة وخمسة عشر باباً
 ٤٣٢ رسالة في الصفات لمير صدر الدين ٤٣٣ رسالة في الصلوة على النبى صلعم في جزء
 للسيوطى وله رسالة اخرى في صلوة الصالحى ٤٣٤ رسالة الصلوة للشيخ الرئيس ابى على
 حسين بن عبد الله ابن سينا اولها الحمد لله الذى خلق الانسان باشرف الخطاب الخ 10

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Sád* incipiunt.

6208. *Risálet el-sáhil we el-sájih*, tractatus equi hinnientis et turturis gementis, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Interpretationem continet libri ex ejus scriptis. — 6209. *Risálet fi El-Sabiyín*, tractatus de Sabaeis eorumque doctrinarum historia, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo. — 6210. *El-Risálet El-Soghra we El-Kobra*, tractatus minor et major a Seyyid 5 *Sherif Ali Ben Mohammed Jorjání*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuo, persice scriptus. *Mohammed* filius eum in arabicum sermonem transtulit, et translationem *El-Ghorret we El-Dorret* nominavit. — 6211. *Risálet el-sahífet el-afáckíyet*, tractatus tabulae horizontalis *El-Jámiat* (i. e. astrolabia eorumque usum comprehendens) dictae, auctore *Húmid Ben Khidhr Khojendi*, vulgo *Ibn Mahmúd* nominato. Divisus est in sexaginta capita. Alius quidam similem tractatum edidit in praefationem et quindecim capita distributum. — 6212. *Risálet fi el-sifát*, tractatus de attributis, auctore *Mir Sadr-ed-dín*. — 6213. *Risálet fi el-salát ala el-nebí*, tractatus precationis super prophetam, cui Deus propitius sit. Fasciculus, auctore *Soyúti*. Idem tractatum alterum edidit de precibus sole jam splendente habendis. — 6214. *Ri-10 sálet el-salát*, tractatus de precatione, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*. Incipit ita: Laus Deo, qui homines nobilissima loquela

٤٢٥ رسالة في صور الكواكب لعبد الله بن عبد الرحمن الصوفي المتوفى سنة ١٥٧

الصاد

٤٢٦ رسالة في الصاد للشيخ علي بن غانم المقدسي المتوفى سنة [١٠٠٤] ٤٢٧ رسالة في

الصاد والظاء لابي الفتوح نصر بن محمد الموصلى المتوفى سنة ٤٣٠

الطاء

5

٤٢٨ رسالة في الطاعون وجواز الفرار عنه للمولى ادريس البديسي المتوفى سنة وصنف

فيه ايضا الشيخ تاج الدين السبكي جزءا والشيخ المنجى والشيخ بدر الدين الزركشى جمع

جزءا ٤٢٩ رسالة في طبقات المظنون لبيان احكام الوقف على اولاد الاولاد للشيخ محيى

الدين محمد بن سليمان الكافيجي اولها الحمد لله الذى خلف سبع سموات طباقا الخ

٤٣٠ 10 رسالة في الطب لابي الحسن علي بن موسى الرضاء المتوفى سنة ٢٠٣ [جمعنا للمأمون

prae ceteris ornavit etc. — 6215. *Risálet fi sower el-kewákib, tractatus de figuris stellarum, auctore Abdallah Ben Abd-el-rahman Sufi, anno 1057 (inc. 27. Jan. 1647) mortuo.*

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Dhád* incipiunt.

6216. *Risálet fi el-dhád, tractatus de litera Dhád, auctore Sheikh Ali Ben Ghánim Mocaddesi, anno [1004 (inc. 27. Aug. 1595)] mortuo.* — 6217. *Risálet fi el-dhád we el-tzá, tractatus de literis Dhád et Tzá, auctore Abu'fotúh Nasr Ben Mohammed Mausili, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo.* —

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Tá* incipiunt.

5

6218. *Risálet fi el-táún, tractatus de pestilentia et de quaestione, eamne evitare licitum sit, auctore Molla Idris Bidlisi, anno ... mortuo.* De eadem re Sheikh *Táj-ed-dín Sobki* fasciculum edidit, ut etiam Sheikh *Monji*, et Sheikh *Bedr-ed-din Zerkeshi* fasciculum collegit. — 6219. *Risálet fi tabacát el-botún, tractatus de classibus tribuum ad explicanda ea, quae de piis legatis in gratiam nepotum factis statuenda sunt, auctore Sheikh Mohyi-ed-din Mohammed Ben Soleimán Káfiji, qui ita incipit: Laus Deo, qui septem coelos creavit unum supra alterum etc.* — 6220. *Risálet fi el-tibb, tractatus de medicina, auctore Abu'hasan Ali Ben 10 Musa El-Ridhá, anno 203 (inc. 9. Jul. 818) mortuo, [qui illum Mamúno Abbasidae*

- العباسى] رسالة الطبرية للشيخ الرئيس ابي علي حسين بن عبد الله ابرح سينا-المتوفى
سنة ٤٢٨ رسالة الطرى للشيخ زروق [المغربى] وللشيخ ابي جناب احمد بن عمر المعروف
بنجم الدين الكبرى اوليا الطرق ابي الله تعالى بعدد انفاص الخلائق الخ ٤٣٣ رسالة في
طوالع المواليد فارسية على فصول لسديد الايبيرى رسالة الطير لابي علي حسين بن
عبد الله المعروف بابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ وللغزالي ايضا اوليا اجتمعت اصناف الطيور الخ 5

الطَّاء

العَيْن

- ٤٣٥ رسالة العاصمية منسوبة الى الشيخ شهاب الدين عمر بن محمد السمرودى
المتوفى سنة [٤٣٣] ذكر فيها ما شاعده في سيره الى ما وراء النهر مع اخيه وابنه عاصم
٤٣٦ رسالة في العروض لدرويش محمد بن محمود المعروف بلمعى المتوفى سنة ٩٧٧ ورستم 10

collegit]. — 6221. El-Risálet El-Taberiyet, tractatus Taberistanensis, auctore Sheikh Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Siná, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 6222. Risálet el-toroc, tractatus viarum, auctoribus Sheikh Zarrúc [Maghribí] et Sheikh Abu'ljenáb Ahmed Ben Omar, vulgo *Nejm-ed-dín Kobra* dicto, cujus liber ita incipit: Viae ad Deum excelsum secundum numerum spirituum hominum creatorum etc. — 6223. Risálet fi tewáli' el-mewálid, tractatus de horoscopis nativitatum persicus in sectiones divisus, auctore *Sedid Abahri*. — 6224. Risálet el-teir, tractatus de avibus, auctoribus *Abu Ali Hosein Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Siná* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo, et *Ghazáli*, cujus libellus ita incipit: Congregata sunt avium genera etc.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Tzá* incipiunt.

Vacat.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Aín* incipiunt.

6225. El-Risálet El-Asimíyet, tractatus *Asimicus*, Sheikhho *Sheháb-ed-dín Omar Ben Mohammed Soharawerdi* tributus, qui anno [632 (inc. 26. Sept. 1234)] obiit, et hic narravit, quae in itinere in terras Transoxanas cum fratre et filio 10 *Asim* suscepto viderat. — 6226. Risálet fi el-arúdh, tractatus de arte metrica, auctoribus *Derwish Mohammed Ben Mahmúd*, vulgo *Lemí* dicto et anno 977 (inc.

ابن على الطارى المعروف بخاورى جمعها بالفارسيّة في ورقتين ورتبها على سبعة فصول ولمولانا
 للجّامى فارسى مختصر اوله سپاس وافر قادري را كه الخ ولمولانا سيفى اولها للّمد لله الذى
 جعل علم العروض ميزان الاشعار الخ وهو اكبر بكثير من عروض الجّامى ٩٣٣٧ رسالة في
 العروض للشيخ الرئيس ابي على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٩٣٣٨ رسالة
 5 العزبة في الحساب مختصر حرّرها الشيخ ابو الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلاني ورتبها
 على فصول لحساب الفرائض الاشتهية ٩٣٣٩ رسالة العشاق في حالة انقراض فارسى اولها سپاس
 خدای الخ اورد قبل الشروع فصلاً في العشق ثم جمع اربعين صورة من صور المكاتب المعمولة
 بينهما ٩٣٣٠ رسالة العشرية لجلال الدين محمد بن اسعد الصديقي الدواني المتوفى سنة
 [1٨] ارسلها مع المولى ابن المويد الى السلطان بايزيد خان العثماني ٩٣٣١ رسالة في العشق
 10 للشيخ ابي على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ كتبها الى الفقيه ابي عبد الله
 محمد بن عبد الله بن احمد المعصومي وضمنها فصولا ٩٣٣٢ رسالة العصدية شرحها

16. Jun. 1569) mortuo — *Rustem Ben Ali Târi*, vulgo *Khâwêri* dicto, qui de ea re duo folia persice collegit in septem sectiones distributa — Molla nostro *Jâmi*, cujus compendium persicum ita incipit: Laus copiosa potenti, qui etc. — et Molla nostro *Seifi*, cujus libellus ita incipit: Laus Deo, qui artem metricam poematum mensuram esse voluit etc., et multo major est *Jâmî* tractatu de prosodia. — 6227. *Risâlet fi el-arúdh*, tractatus de re metrica, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sinâ*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 6228. *El-Risâlet El-Izzíyet fi el-hisâb*, tractatus *Izz-ed-dinicus* de arte computandi. Compendium, 5 quod Sheikh *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascalâni* conscripsit et in sectiones distribuit libro de eadem quaestione agentis *El-Ferâidh El-Eshthéiyet* accommodatas. — 6229. *Risâlet el-oshshâc*, tractatus amantium de statu discessus persice scriptus. Incipit ita: Laus Deo etc. Antequam vero tractatum incipit, sectionem habet de amore; tum quadraginta exempla epistolarum inter duos amantes scriptarum collegit. — 6230. *Risâlet El-Asheríyet*, epistola de decimis, quam *Jelâl-ed-din Mohammed Ben As'ad Sadicki Dewâni*, anno [908 (inc. 7. Jul. 1502)] mortuus, ministerio Mollae *Ibn-elmowayyid* ad Sultanum *Bâyezid Khân Othmâni* misit. — 6231. *Risâlet fi el-ishc*, epistola de amore, quam Sheikh *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sinâ*, 10 anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuus, ad jurisconsultum *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Ben Ahmed Masûmi* scripsit. Ejus argumentum in sectiones distribuit. — 6232. *El-Risâlet El-Adhodíyet*, tractatus *Adhod-ed-dinicus*, quem

- الشيخ زروق شرح عمام الدين ابراهيم بن محمد الاسقراني المتوفى سنة [٩٤٤] رسالة العلابية في المسائل الحسابية لعلاء الدين محمد بن محمود الغزنوي مشتملة على الضرب والقسمة والمساحة ٩٣٣٤ رسالة العلابية في القواعد الحسابية مشتملة على فصول اوليا الحمد لله مبدع الآحاد الخ ٩٣٣٥ رسالة في علّة قوام الارض في حيزه للشيخ الرئيس ابي علي حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٩٣٣٩ رسالة في العلم اللدني لابي الحسن [علي] بن احمد بن الحسن ابي النجيبى اوليا الحمد لله الذى زين قلوب عبيده بنور الولاية الخ ٩٣٣٧ رسالة في العلم وماحبته للمولى شمس الدين احمد بن سليمان الشهير بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ وله رسالة في ان العلم تابع للمعلوم وللعلامة مير صدر الدين محمد الشيرازى رسالة في ماهية العلم واقسامه ومشتقاته اوليا نحمدك يا من لا يغرب عن علمه منقال ذرة الخ وحى على ستة ابواب ٩٣٣٨ رسالة في ان علم زيد غير علم عمرو 10

- Sheikh Zarrûc duplici commentario explicuit. Praeterea *Isâm-ed-dîn Ibrâhim Ben Mohammed Isferâini*, anno [944 (inc. 10. Jun. 1537)] mortuus, commentarium in eum edidit. — 6233. El-Risâlet El-Alâiyet, tractatus *Alâ-ed-dînicus* de quaestionibus arithmetiis, auctore *Alâ-ed-dîn Mohammed Ben Mahmûd Ghaznevi*. Continet multiplicationem, divisionem et geodaesiam. — 6234. El-Risâlet El-Alâiyet, tractatus *Alâ-ed-dînicus* de praeceptis fundamentalibus arithmetiis, qui in sectiones distributus est et ita incipit: Laus Deo monadum creatori etc. — 6235. Risâlet fi illet ckiwâm el-ardh, tractatus de caussa sustinendae terrae 5 in sua plaga suspensae, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sinâ*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 6236. Risâlet fi el-ilm el-ladoni, epistola de doctrina apud Deum deposita, ab *Abu'hasan [Ali] Ben Ahmed Ben-elhasan* ad *Nejibi* scripta, quae ita incipit: Laus Deo, qui corda servorum suorum lumine amicitiae suae intimae ornavit etc. — 6237. Risâlet fi el-ilm, tractatus de scientia ejusque natura, auctore Molla *Shems-ed-dîn Ahmed Ben Soleimân*, vulgo *Ibn Kemâlpasha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1530) mortuo, qui pariter scientiam ab eo quod scimus pendere demonstrat. Praeterea vir doctissimus *Mîr Sadr-ed-dîn Mohammed Shirâzi* tractatum de natura, partibus et derivationibus 10 scientiae edidit, qui ita incipit: Laudamus Te, cujus scientiam ne atomus quidem praeterit etc., et in sex capita divisus est. — 6238. Risâlet fi anna ilm Zeid gheir ilm Amru, tractatus de eo, quod scientia *Zeidi* alia sit atque scientia

للشيخ الرئيس ابي علي حسين بن عبد الله ابن سينا ٤٣٦ [رسالة في علم النفس للمولى
جلال الدين محمد بن اسعد الدواني المتوفى سنة ٩٠٨ جعلها ثلاثة فصول الاول في اثبات ان
جوهر النفس مغاير لجوهر البدن الثاني في بقاء النفس بعد خراب البدن الثالث في مراتب
النفوس في السعادة والشقاوة بعد المفارقة عن البدن ثم انحرف بنا خاتمة ذكر فيها العوالم
5 اثلثة عالم العقل وعالم الجسم وعالم النفس وترتيب الوجود من لدن الحق الاول تعالى
الى اقصى مراتب الموجودات اجاد فيها اوليا الحمد لله لا يخيب من بابہ آمل الخ] [٤٣٦
رسالة العلوية في قواعد العربية لنجم الدين سليمان ابن عبد القوي الطوفي الحنبلي
المتوفى سنة ٧١٠. ٤٣٦ الرسالة اعليية في الاحاديث النبوية فارسي لحسين بن علي الكاشفي
الواحد البيهقي المتوفى سنة [١٠٠] جمع فيه اربعين حديثا جامعاً لاكثر اصول العبادات ورتبنا
10 على ثمانية اصول كثر واحد منها يشتمل على خمسة اوصال اورد فيها من الآيات ثم الاحاديث
والآيات والامثال والحكايات باسم الشيخ عبيد الله النقشبندی فالاصل الاول في التوحيد

Amrui, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sinâ*. —
6239. [Risâlet fi ilm el-nafs, tractatus de scientia animae, auctore Molla
Jelâl-ed-dîn Mohammed Ben As'ad Dewâni, anno 908 (inc. 7. Jul. 1502) mortuo,
qui ei tres dedit sectiones, quarum prima probatur, substantiam animae contrariam
esse substantiae corporis, secunda agit de perennitate animae post corporis interitum,
tertia de gradibus dignitatis animarum in statu felicitatis et miseriae post separa-
tionem a corpore. His conclusionem subiecit, ubi de tribus mentis, corporis et
5 animae mundis disserit et de dispositione existentiae a primo numine procedentis
usque ad gradus rerum existentium ultimos. Egregie in hac quaestione versatus
est et incipit ita: Laus Deo, a cujus porta nullus qui sperat prohibetur etc.]. —
6240. El-Risâlet El-Olowiyet, tractatus sublimis de primariis linguae arabicae
praeceptis, auctore *Nejm-ed-din Soleimân Ben Abd-el-cauci Taufi* Hanbalita,
anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 6241. El-Risâlet El-Aliyot, tractatus
nobilis de traditionibus prophetis a *Hosein Ben Ali Kâshifi Beihacki* Concionatore,
anno [910 (inc. 14. Jun. 1504)] mortuo, persice scriptus. Collegit hic quadraginta
traditiones, quae plurima officiorum cultus divini principia comprehendunt, et librum 10
in octo principia disposuit, quae singula quinque conjunctiones continent. Primum
versus Corani profert, deinde ad traditiones, versus, proverbialia et historias jussu
Sheikhi *Obeidallah Nachishbendi* pergit. Principium primum de doctrina unius Dei,

والثاني في العبادات والثالث في فضائل القرآن والدعوات والرابع في مكارم الاخلاق والخامس في
 الاوصاف الرديئة والسادس في آداب السلطنة والامارة والسابع فيما يتعلّق بالازمنة والامكنة
 واللبسة والاطعمة والاشربة والثامن في الاحاديث المتفرقة ٤١٤٣ رسالة العنقاء المغرب الواقع
 في القاموس للشيخ عبد الله [بن عبد الرحمن] الدنوشري [الشافعي المتوفى بمصر سنة ١٠٥٠هـ]
 ورقة اوليا الحمد لله ربّ المشرق والمغرب الخ

5

الغين

٤١٤٣ رسالة في غرس الاشجار وكيفيتها للشيخ تاج الدين بن زكرياء البندى المارّ ذكره
 في رسالة انواع الاطعمة ٤١٤٤ رسالة في غسل الرجلين ووجوبه لاقى الفرّج مفصل ابن مسعود
 التنوخي [الحنفي المتوفى سنة ٤٤٣هـ] ٤١٤٥ رسالة الغفران من المكث بحران مختصر
 لبعض العلماء اوله الحمد لله على كلّ حاله الخ ألفه سنة ٤٣٧هـ رَدّ فيه على حنبلي مجسم منكر على 10

secundum de officiis cultus divini, tertium de virtutibus Corani et precationum
 praestantibus, quartum de morum nobilitate, quintum de attributis pravis, sextum
 de regulis in Sultanatu et Emiratu observandis, septimum de iis, quae tempora,
 loca, vestimenta, cibos et potulenta spectant, octavum denique de traditionibus
 dispersis agit. — 6242. Risálet el-ancá el-moghrib, tractatus de gryphe
El-Ancá El-Moghrib in *Camuso* sub verbo *gharaba* commemorato, auctore Sheikh
Abdallah [Ben Abd-el-rahman] Denusheri [Shafiita, anno 1025 (inc. 10. Jan. 1166)
 5 in Aegypto mortuo]. Folium, quod ita incipit: Laus Deo Orientis et Occidentis
 domino etc.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Ghaïn* incipiunt.

6243. Risálet fi ghars el-ashjár, tractatus de plantatione et qualitate arborum,
 auctore Sheikh *Táj-ed-din Ben Zakariya Hindi* supra sub *Risálet anwá' el-at'imet*
 laudato. — 6244. Risálet fi ghasl el-rijlein, tractatus de lavatione pedum ejusque
 obligatione, auctore *Abu'lfaraj Mofadhdhil Ben Mes'úd Tenúkki [Hanefita, anno 443*
 (inc. 15. Mai. 1051) mortuo]. — 6245. Risálet el-ghofrán, tractatus condonationis
 ob moram in urbe *Harrán* factam. Compendium, quo vir aliquis doctus Hanbalitam
 10 sectae *Mojessimet* addictum, qui praecepta theologiae scholasticae fundamentalia nega-
 verat, refutavit. Compositum est anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) et ita incipit: Laus

قواعد علم الكلام ٦٢٢٦ رسالة الغوثية للشيخ محيي الدين محمد بن علي ابن عربي المتوفى
سنة اوليا الحمد لله كاشف الغمّاء الخ وللشيخ عبد القادر بن الجبلي المتوفى سنة [٥٦٢]

الفاء

- ٦٢٢٧ رسالة الفتوح والفتوح فيما يتعلّق بما نزل به الامين والروح أحمد بن بلال الحنفى
5 اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ ٦٢٢٨ رسالة الفخرية في الوقف مشتمل
على مقدمة وخمسة ابواب ٦٢٢٩ رسالة الفراسة للشيخ الرئيس ابن سينا ورسالة اخرى فيها
اوليا الحمد لمن يستحق الحمد الخ وهي مرتبة على مقالات ٦٢٣٠ رسالة في الفرق بين
الفرض العملى والواجب نجلال الدين رسولا بن احمد التبانى الحنفى المتوفى سنة ٧١٣
٦٢٣١ رسالة في الفروع للشيخ ابي محمد عبد الله بن زيد القيروانى ٦٢٣٢ رسالة في فضل ابي حنيفة
10 رحمه الله تعالى لعتيق بن داود البيهقي الحنفى ٦٢٣٣ رسالة في الفقاع ومضاره لابن مندويه

Deo pro omni ejus statu etc. — 6246. El-Risálet El-Ghauthiyet, tractatus auxiliaris, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno ... mortuo, qui ita incipit: Laus Deo tenebras revelanti etc. — Sheikh *Abd-el-cádir Ben-eljili*, anno [561 (inc. 7. Nov. 1165)] mortuus, libellum ejusdem tituli edidit. —

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Fá* incipiunt.

6247. Risálet el-fat'h we el-fotúh, tractatus auxilii et victoriarum de iis, quae illa spectant, quae angelus fidelis et spiritus revelavit, auctore *Mohammed Ben Bilál Hanefita*. Incipit ita: Laus Deo, qui servo suo librum revelavit etc. — 6248. El-⁵ Risálet El-Fakhríyet, tractatus *Fakhr-ed-dinicus* de quadrato talismanico, qui praefationem et quinque capita continet. — 6249. Risálet el-firásset, tractatus de physiognomice, auctore Sheikh *Reyís Ibn Síná*. Tractatus alius de eadem scientia incipit ita: Laus ei, qui laude dignus est etc., et in dissertationes distributus est. — 6250. Risálet fi el-farc bein el-fardh el-ameli we el-wájib, tractatus de discrimine inter statutum, cujus observatio dubio obnoxia et quod necessario observandum est, auctore *Jelál-ed-din Rasúlá Ben Ahmed Tebbáni Hanefita*, anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuo. — 6251. Risálet fi el-forú', tractatus de articulis juris secundariis, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Zeid Cairawáni*. — 6252. Risálet fi fadhli Abi Hanífa, tractatus de meritis *Abu Hanífae*, cujus Deus misereatur, auctore *Atic Ben Dávcud Yemáni Hanefita*. — 10 6253. Risálet fi el-focá', tractatus de potus genere *Focá'* dicto ejusque noxa,

- احمد بن عبد الرحمن انطبيب الاصفهاني ٦٣٥٤ رسالة في قوله عليه الصلوة والسلام الفقر
 فخرى ٦٣٥٥ رسالة في قوله تعالى فلا تجعلوا لله اندادا لمولانا احمد بن محمد الشبير
 بشيخ زاده المدرس بالمدرسة السليمانية كتبنا لبيان مراد الرخشي والببضاوي من الاستعارة
 الواقعة فيها اوليا الحمد لله الذي بين وحدانيته بانزال الآيات الشريفة الخ وذلك بعد ما
 كتب المفتي صنع الله افندي وغنى زاده وغيرهم ٦٣٥٦ رسالة الفلاح والهدى الواقعين في 5
 القرآن للشبيخ عبد المجيد بن نصور الرومي اوليا الحمد لله الذي جعل عباده المؤمنين الخ
 ذكر انه وجدنا احدى عشر آية في عشر سور ٦٣٥٧ رسالة الفلكية الكبرى ليرمس المثلث
 بالحكمة ٦٣٥٨ رسالة في فن التفسير والاصول والقواعد والمنطق والكلام للشبيخ الفاضل محمد
 ابن كمال التاشكندی الحافظ ألغيا بعد البحث مع المولى ابي السعود فيما جرى بين السيد
 والسعد في مجلس تيمور واعدادها الى الوزير محمد پاشا العتيق ٦٣٥٩ رسالة في فنون السبع 10

- auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman Isfahani* Medico, vulgo *Ibn Mundewesh*
 nominato. — 6254. *Risálet fi caulihi*, tractatus de effato prophetico: Paupertas
 est gloria mea. — 6255. *Risálet fi caulihi tealá*, tractatus de dicto coranico:
 „Ne ergo ponatis Deo similitudines,“ quem Molla noster *Ahmed Ben Mohammed* Pro-
 fessor ad collegium *Soleimanicum*, vulgo *Sheikhzádeh* dictus, scripsit, ut *Zamakhsherfi*
 et *Beidháwí* explicationem metaphoraе in illo dicto obviae clarius demonstraret.
 Incipit ita: Laus Deo, qui unitatem suam revelandis versibus augustis illustravit etc.
 5 Fecit hoc, postquam Mufti *San'o'allah Efendi*, *Ghantzádeh* aliique de eadem quaestione
 scripserant. — 6256. *Risálet el-feláh we el-hodá*, tractatus de vocibus
el-feláh (felicitas) et *hodá* (religio vera), quae in Corano leguntur, auctore Sheikh
Abd-el-mejíd Ben Nasúh Rumi. Incipit ita: Laus Deo, qui servos suos credentes
 fecit etc., et undecim se versus in decem Suratis invenisse narrat. — 6257. *Risálet*
el-felakiyet el-kobra, tractatus astrologiae majoris, auctore *Hermes El-Mo-*
thalleth b'lhikmet i. e. qui tertius venit Hermetum sapientum. — 6258. *Risálet*
fi fenn el-tefsír, tractatus de doctrina exegesis coranicae, principiorum utriusque
 juris, articulorum juris derivatorum, logicae et metaphysicae, quem Sheikh bene
 meritus *Mohammed Ben Kemál Táshkendi* El-Háfiz post disputationem cum Molla
 10 *Abu'lsoúd* de iis, quae inter *Seyyid* et *Sa'd* in consessu *Timúri* acciderant, composuit
 et Weziro *Mohammed Pasha El-Atic* obtulit. — 6259. *Risálet fi fonún el-*
seh'i', tractatus de doctrinis, quae septem primae Suratae versibus continentur,

للمولى محمد بن على المعروف بسپاهى زاده البرسوى المتوفى سنة ٩١٥ ٩١٤ رسالة في فوائد القرآن للامام ابي القاسم حسين بن على المعروف بالرأغب الاصفهاني المتوفى سنة ذكرها في مفرداته ٩٣١ رسالة في الفوز العظيم للشيخ عبد المجيد بن نصوح الرضى اوليا الحمد لله الذى شرف اهل طاعاته الخ تتبع الآيات فوجدنا ثلث عشرة آية ٩٣٣ رسالة في القياس 5 والوهاب

القاف

٩٣٣ رسالة القافية للمولى احمد بن سليمان المعروف بابن كمال پاشا المتوفى سنة ١٠٤٠ واسمها تاريخ للتأليف ورسالة القافية للامير عطاء الله بن محمود الكسىنى فارسى مختصر على تسعة احرف منتخب من مقطع كتاب تكميل الصناعة له ايضا اوليا سپاس بن قياس صانع 10 را كه الخ والرسالة الوافية في علم القافية لبعض الاعجم فارسى مختصر اوله بعد از تيمى بموزون

res elegantes e dictatis Háfizí Abu Táhir Ahmed Ben Mohammed Silefi Isfaháni. — 7223. Sollem el-hadáset, scala conjecturae de arte physiognomica, auctore Táj-ed-dín Ali Ben Ahmed Mausili Shafiíta, vulgo Ibn-eldoreihim dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 7224. Sollem el-semá, scala coeli de explicatione figurarum, quam veteres de distantiiis et corporibus dederunt, auctore Ghiyáth-ed-dín Jemshíd Ben Mesúd Káshi, anno [919 (inc. 9. Mart. 1513)] mortuo. 5 Incipit liber ita: Laus Deo, qui coelum erexit sine columnis etc., et in septem dissertationes et conclusionem divisus est. *Prima dissertatio* agit de prolegomenis, *secunda* de distantiiis lunae et planetarum, *tertia* de distantiiis solis, *quarta* de distantiiis corporum inferiorum, *quinta* de distantiiis stellarum, *sexta* de distantia stellarum fixarum, *septima* de distantia corporum stellarum, et conclusio in tabulis versatur. — 7225. El-Sollem El-Moraunec, scala nitens de doctrina logicae. Carmen metro Rejex Isagogen complectens, quod Sheikh Abd-el-rahman Ben Seyyidi Mohammed Minor (*El-Saghr*) anno 941 (inc. 13. Jul. 1534) composuit et ita orsus est:

Laus Deo, qui prodire jussit

10

Fructus cogitationum intelligentibus.

Serius sexaginta annos natus commentarium ejus edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda virorum doctorum coelos esse voluit, in quibus soles cognitionum splendide

المعارف الخ وعمره احدى وعشرون سنة ٧٢١ سلوان الاحزان ٧٢٧ سلوان المطاع في
 عُدْوَان الطَّبَاع لابي عبد الله محمد بن محمد وهو ابو عبد الله محمد بن ابي القاسم بن
 علي القرشي المعروف بابن ظفر المكي حجة الدين النحوي المتوفى سنة ٥١٨ هـ صنّفه لبعض القواد
 بصقلية سنة ٥٥٤ هـ اوله اما بعد فان شكر الله سبحانه وتعالى لاسنى الملابس الفاخرة وان حمده
 5 لاعود لخير الدنيا والآخرة الخ [ثُمَّ ذِيْلُهُ فِي كِرَاسَتَيْنِ] ونظمه تاج الدين ابو عبد الله بن
 السنجاري المتوفى سنة ٧١١ هـ وهو كتاب في قوانين الحكمة ونوادير اخبار السلاطين من لسان
 الطيور والوحوش وقد ترجمها جماعة وفي ترجمته بالفارسية رياض الملوك في رياضات السلوك
 تصرّف صاحبه بتقديم بعض الحكايات وتأخيرها والحاق بعض وقائع السلطان اويس الجلايري
 والاصل على خمسة سلوانات فقصره بالباب المقدّمة في تعريف الكتاب والباب الاول في التفويض
 10 وتناججه والثاني في التأسى وثوانده والثالث في الصبر وعوانده والرابع في الرضاء وميامنه

apparent etc. — 7226. Solwán el-ahzán, solatium tristitiarum. — 7227. Solwán el-motá' fi odwán el-tibá', solatia a Deo obedientia colendo in malignitate indolis petenda, quae Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed sive plenius *Hojjed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'l-cásim Ben Ali Coreshi Mekki* Grammaticus, vulgo *Ibn Tzafer* dictus et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuus, praefecto cuidam Siciliae anno 554 (inc. 23. Jan. 1159) composuit. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Gratiae Deo laudato et excelso propter pretiosissima indumentorum praestantium, nam laus ejus maxime conducit ob bona in hac et altera vita etc. [Postea duobus 5 decem foliorum fasciculis scriptum continuavit], et *Táj-ed-dín Abu Abdallah Benselsinjári*, anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus, metrice edidit. Continet regulas sapientiae et historias Sultanorum raras linguis avium et bestiarum prolatas. Plures viri librum interpretati sunt, et persica quidem interpretatio inscripta est *Riyádh el-molúk fi riyádhát el-solúk* i. e. Viridaria regum exercitationes in vita spiritali castigatorias continentia. Auctor libero arbitrio plures historias primis cum ultimis mutatis transposuit et nonnullas res gestas Sultani *Oweis Jeláiri* addidit. Archetypum in quinque solatia (*Solwánát*) divisum est, quae interpres in capita contraxit. Praefatio de libri consilio definiendo agit, *caput primum* de devotione, qua quis Dei arbitrio se committit, et fructibus inde natis, *secundum* de consolatione post calamitatem 10 ejusque commodis, *tertium* de patientia et ejus utilitatibus, *quartum* de contentis

- والخامس في الزهد وعواقبه والخاتمة في احوال الشيخ اويس الجلابري [وقد ترجمه في زماننا شيخ الاسلام محمد امين افندي بن خليل الاسود المعروف بقرة خليل افندي زاده المتوفى سنة 1198 ترجمة تركية لطيفة رحمه الله تعالى] ٧٣٨ سلوة الاحباب وترجمة الاحباب لاني سعيد عبد الكريم بن محمد الحافظ السمعاني المتوفى سنة ٥١١ ٧٣٩ سلوة الاحزان لاني بكر المبارك بن كامل بن ابي غالب الخفاف المتوفى سنة ٧٣٠ سلوة الخاطر لابن الحاج 5 محمد بن محمد المتوفى سنة ٧٤٠ ٧٣١ سلوة الطالبين في التصوف للشيخ محمد [بن عمر الجويني الصوفي] المعروف بابن حمويه المتوفى سنة [١١٧] ٧٣٣ سلوة القواد في موت الاولاد رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله ذاكراً شاكراً مسترجعاً الخ ٧٣٣ سلوة في ... لاني الحسن علي بن يوسف الصوفي عم امام الحرمين المتوفى سنة ٤٩٣ ٧٣٤ سلوة في ... للشيخ زين الدين عمر بن 10

animo ejusque felicitate, *quintum* de abstinentia et exitu ejus secuturo. Conclusio in narrandis rebus Sheikhum *Oweis Jeláiri* spectantibus versatur. [Hoc nostro tempore Sheikh-elislám *Mohammed Emin Efendi Ben Khalil El-Aswad*, vulgo *Carah Khalil Efendizádeh* dictus et anno 1168 (inc. 7. Oct. 1754) mortuus, turcicam ejus interpretationem elegantem edidit]. — 7228. *Selwet el-ahbáb we Tarjemet el-as'háb*, solatium dilectorum et biographia sociorum, auctore Háfitz *Abu Saíd Abd-el-kerim Ben Mohammed Sim'áni*, anno 561 (inc. 7. Nov. 1165) mortuo. — 5 7229. *Selwet el-ahzán*, solatium tristitiarum, auctore *Abu Bekr Mobárek Ben Kámil Ben Abi Ghálib El-Khaffáf*, anno ... mortuo. — 7230. *Selwet el-khátir*, conditio mentis tranquilla, auctore *Ibn-elháj Mohammed Ben Mohammed*, anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuo. — 7231. *Selwet el-tálibín*, solatium studiosorum de doctrina Suforum, auctore Sheikh *Mohammed [Ben Omar Joweini Sufi]*, vulgo *Ibn Hamawei* dicto et anno [617 (inc. 8. Mart. 1220)] mortuo. — 7232. *Selwet el-fowád fi maut el-aulád*, solatium cordis in morte liberorum. Tractatus *Jelál-ed-díni Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúli*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui, qui ita incipit: Laus Deo invocando, gratias agendo, ad eum in calamitate precibus refugiendo etc. — 7233. *Selwet fi ...*, solatium de ..., auctore *Abu'l-* 10 *hasan Ali Ben Yusuf Sufi*, patruo *Imámi el-haramein*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. — 7234. *Selwet fi ...*, solatium de ..., auctore Sheikh *Zein-ed-dín*

- أحمد الشماع الحلبي المتوفى سنة [١١٣٦] ٧٣٥ سلوة اليموم لحسام الدين علي بن أحمد
 الرازي [الحنفي] المتوفى سنة ٥٩٨ جمعه وقد مات له ولده ٧٣٦ سلوة الوحيد لابن النجار
 محب الدين محمد بن محمود الحافظ البغدادي المتوفى سنة ٦٤٣ ٧٣٧ سلوك الخوان
 لعلي بن أحمد البقالي مختصر كالذريعة للراغب ٧٣٨ سلوك في طبقات العلماء والملوك للقاضي
 5 أبي عبد الله يوسف بن يعقوب المعروف بالبيضاء البغدادي المتوفى سنة جمع فيه غالب علماء
 اليمن وازداد اليبيم طرفاً من اخبار الملوك الى سنة ثلث وعشرين وسبعمئة واخذ غالب
 اخبارهم من كتاب أبي حفص عمر بن علي بن سمره وكتاب أحمد بن عبد الله الرازي وتاريخ
 صنعاء لابن جرير الصنعاني والمفيد في اخبار زييد والباقي من وفيات ابن خلكان اوله الحمد
 لله الملك العظيم الاول الآخر القديم الخ ٧٣٦ سلوك المالک في تدبير الممالک في مجلد
 10 ٧٤٠ سلوك لمعرفة دول الملوك لتقي الدين أحمد بن علي المقرئ المتوفى سنة ٨٤٥ هو تاريخ

Omar Ben Ahmed El-Shemma' Halebi, anno [936 (inc. 5. Sept. 1529)] mortuo. — 7235. *Selwet el-homúm*, solatium sollicitudinum, quod *Hosám-ed-dín Ali Ben Ahmed Rázi* [Hanefita], anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortuus, filio morte erepto collegit. — 7236. *Selwet el-wehíd*, solatium solitarii, auctore Háfitz *Mohibbed-dín Mohammed Ben Mahmúd Baghdádi*, vulgo *Ibn-elnejjár* dicto et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 7237. *Solúk el-khawáss*, via procerum, auctore *Ali Ben Ahmed Beccáli*. Compendium libro *Dzeriat a Rághib* edito simile. — 7238. *Solúk fi tabacát el-olamá we el-molúk*, inessus de classibus virorum doctorum et principum. Cádhi *Abu Abdallah Yusuf Ben Yacúb 5 El-Jondi*, vulgo *Behá-ed-dín* dictus et anno ... mortuus, hic plurimos viros Yemanae doctos collegit, iisque partem historiarum principum usque ad annum 723 (inc. 10. Jan. 1323) addidit. Petiit autem maximam historiarum eorum partem ex libris *Abu Hafsi Omar Ben Ali Ben Samora* et *Ahmedis Ben Abdallah Rázi*, historia *Sanáae* ab *Ibn Jerír San'anensi* edita, *Mofid fi akhbár Zebid*, et cetera, quae restant, e *Mortibus Ibn Khallikáni*. Incipit ita: Laus Deo, regi magno, primo, ultimo, aeterno etc. — 7239. *Solúk el-málik fi tedbír el-memálik*, via regnantis de administrandis regnis. Volumen. — 7240. *Solúk li ma'rifet dowel 10 el-molúk*, inessus ad cognitionem dynastiarum regum, auctore *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. Historia magna

كبير مرتب على السنين من سنة سبع وسبعين وخمسمائة الى سنة اربع واربعين وثمانمئة في عدة مجلدات يشتمل على ذكر ما وقع من الحوادث الى يوم وفاته اوله قل اللهم مالك الملك الآية الخ ذكر فيه انه لما اكمل كتاب عقد جواهر الاسقاط وكتاب اتعاط الحنفاء وهما يشتملان على ذكر من ملك مصر من الامراء والخلفاء وما كان في ايامهم من الحوادث منذ فتحت الى ان زالت الفاطمية اراد ان يصل ذلك بذكر من ملك مصر بعدهم من الاكراد والاتراك والجراسمة غير معين فيه بالتراجم والوفيات فانه افرده فيه كتاباً اخر وذيله الامير جمال الدين يوسف بن تغرى بردى القاهري [المتوفى سنة ٨٧٤] من سنة اربع وخمسين وثمانمئة الى اخر سنة ستين وثمانمئة وسماه حوادث الدعور والايام والشهور اوله الحمد لله مدبر الدهور ومدول الايام والشهور الخ قال لما كان شيخنا المقرئ اتقن من حرر تاريخ الزمان واجد تحف اخترعها كتاب السلوك قد انتهى فيه الى اواخر سنة اربع واربعين 10 وثمانمئة وهي التي توفي فيها ولم يأت بعده من يعول عليه في هذا الفن الا الشيخ

secundum annos ab anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) ad annum 844 (inc. 2. Jun. 1440) disposita et pluribus voluminibus constans, quae descriptionem eorum comprehendunt, quae usque ad diem mortis auctoris acciderunt, et incipiunt ita: „Dic, o Deus, possessor regni“ et quae in versu Corani sequuntur. Narrat ibi, cum libros *Icd jewâhir el-askât* et *Ittiûtz el-houafâ* absolvisset, qui Emiros et Khalifas in Aegypto imperium tenentes et ea recensebant, quae eorum tempore a terra expugnata inde usque ad 5 excidium dynastiae Fatemidarum acciderant, hic se cum illis Curdos, Turcas et Circassios conjungere voluisse, qui post illos Aegypti imperium tenuerunt, ita tamen, ut biographias et mortes virorum spectatorum omitteret, quas in alio singulari libro separatim narrasset. Librum Emirus *Jemâl-ed-dîn Yusuf Ben Taghri-berdi Câhiri*, [anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus] per tempus, quo vixit, ab anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) ad anni 860 (inc. 11. Dec. 1455) finem continuavit, et hanc appen dicem *Hawâdith el-dohûr we el-ayyâm we el-shohûr* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo tempora moderanti et dies mensesque per periodos convertenti etc. Cum, inquit, 10 Sheikh noster *Macrizi* fide dignissimus inter eos esset, qui historiam temporis scripserunt, et maxime rebus oblatis emineret, quae primus in libro *Solûk* narraverat, ubi ad finem anni 844 (inc. 2. Jun. 1440), quo mortuus est, pervenerat, neque post eum quisquam veniret, qui in hac disciplina ad eum recurreret, nisi Sheikhus

بدر الدين محمود العيني فنشرت فيما عمله في تلك الايام فاذا به كثير الغلطات والاورام
لكبر سنه واختلاط ذهنه بحيث انه لا يمكن الاستفادة منه الا بعد تعب لاختلاف الضبط
وعدم التحرير فاجبت ان اكتب تأريخاً يعقب موت الشيخ وجعلته كالذيل على السلوك
وسميته حوادث الدعوة في مدة الايام والشهور لكن لم اسلك فيه طريق الشيخ في تطويل
5 الحوادث في السنة وقصر التراجم في الوفيات بل اوسعت في التراجم لتكثير الفائدة من الطرفين
وما وجدته مختصراً من التراجم فراجع الى المنهل الصافي فاق هناك شئيت الغليل ٧٤١ سليمان
نامه تركي منظوم للمولى احمدى الكرمياني مات سنة ١٠١٥ ولادائى فارسى ايتسا اوله

بنام خدای که از کلکه کن

٧٤٢ سليمان نامه تركي منظوم لشمس الدين احمد بن محمد السيواسى ٧٤٣ سليم نامه

10 [ادائى] فارسى عدد ابياته سبعة عشر وخمسمائة وسبعة آلاف ٧٤٤ سليم نامه تركي لاسحق

Bedr-ed-din Mahmūd Aini, et his diebus ea inspexissem, quae conscripserat, et cum multi errores et falsae opiniones propter ejus aetatem provectam et mentis perturbationem irrepsissent, ita ut nulla utilitas inde capi posset nisi multa opera propter diversam orthographiam et neglectam recognitionem diligentem, historiam scribere temporis mortem Sheikhi sequentis haud recusavi, et eam quasi appendicem esse volui ad opus *Solūk*. Nominavi eam *Hawādith el-dohūr fi moddet el-ayyām we el-shohūr*, rationem tamen Sheikhi in eventis singulorum annorum longius enarrandis et biographiis mortuorum nimis breve tractandis non secutus sum, imo 5 potius, ut major inde duplici ratione redundaret utilitas, longus fui in biographiis describendis, et ubi biographias breviores invenis, ibi ad *El-Menhel El-Sāfi* confuge; hic enim infirma tantum sanare studui. — 7241. *Soḩeimán-námeh*, liber *Soleimáni*. Carmen turcicum, auctore Molla *Ahmedi Kermiyáni*, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Carmen persicum ejusdem tituli *Adáyi* edidit, quod ita incipit:

Nomine Dei, qui ex calamo facit.

7242. *Soleimán-námeh*, liber *Soleimáni*. Carmen turcicum, auctore *Shems-ed-din Ahmed Ben Mohammed Sivási*. — 7243. *Selím-námeh*, liber *Selími* ab *Adáyi* septem millibus quingentis et septendecim versibus compositus. — 7244. *Selím-námeh*, liber *Selími* turcice editus ab *Is'hac Ben Ibráhim Oskúbi*, anno ... mortuo,

ابن ابراهيم الاسكوي المتوفى سنة وقد ذكرناه في باب التأريخ وللمولى سعد الدين ابن حسن
المعلم السلطاني ايضا

علم السماء والعالم ٧٢٤٥

فوائد ٧٢٤٦ سمات الخط ورقومه لعلى بن ابراهيم البغدادي وهو طويل الذيل كثير
الشعب حققها كثير من الائمة بالتصنيف كالقاضي ابي الطيب الطبري واني منصور البغدادي 5
وظوائف آخرهم الادموي فاجاد سماه الاقتناع واختصه ابو حامد القدسي ٧٢٤٧ السباح في
اخبار الرماح لجلال الدين السيوطي ذكره في فهرس مؤلفاته في فن الحديد ٧٢٤٨ مسئلة
السماء من جملة ما اختلف فيه اهل الظاهر والباطن فكتبوا اجوبة منها رسالة الشيخ العالم
الزاهد عماد الدين ابي العباس احمد بن ابراهيم الواسطي [الشافعي المتوفى سنة ٦٩٤] مشتملة
على فصول حاصل كلامه انه بدعة ظهرت بعد المائتين ببغداد وقد تكلم فيه الشافعي وانكر 10

cujus opus jam supra in capite *Tarikh* commemoravimus, et a Molla Sa'd-ed-din
Ibn Hasan Sultani praeceptore. —

7245. *Ilm el-semá we el-álem. Doctrinae coeli et mundi,*

ubi varia ad discendum utilia proferuntur. — 7246. *Simát el-khatt we rocúmoho*, notae scripturae ejusque signa, auctore *Ali Ben Ibráhím Baghdádi*.
5 Hic liber ad longas dissertationes excitat et multam opinionum copiam praebet. Plures
Imami in singularibus scriptis eum recognoverunt, ut Cadhi *Abu'ttayyib Taberi*, *Abu*
Mansúr Baghdádi et diversi alii, quorum ultimus *Adfewi* fuit, qui rem bene gessit
librumque *El-Icná'* inscripsit. Potiora ejus *Abu Hámid Codsí* in epitomen coegit. —
7247. *El-Simáh fi akhbár el-rimáh*, liberalitas de notitiis lancearum, auctore
Jelál-ed-din Soyúti, qui tractatum in scriptis indicis traditionariis commemorat. —
7248. *Mes'alet el-simá'*, quaestio de musica, quae ad eas pertinet, de quibus
interioris sensus et experientiae exterioris asseclae varias sequuntur opiniones et ad
quas responsa scripserunt. In hijs numerantur Sheik doctus et asceta *Imád-ed-dín*
Abu'labbás Ahmed Ben Ibráhím Wásiti [Shafita, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294)
10 mortuus], cujus tractatus sectiones continet. Summa eorum, quae dicit, est haec.
Musica res nova est, quae post saeculum secundum Bagdadi originem habuit. *Sháfi*
quoque de ea verba fecit, et qui illo tempore rem musicam vel tractabant vel

عليهم في هذا العصر وفيه البلغة والافتقار في حلّ شبهة مسألة السماع للشيوخ عماد الدين
ورسالة للشيوخ قطب الدين ابى الخير محمد الخيصرى الشافعى مفتى الشام [المتوفى سنة
١١٢٤] ذكر فيها أنه لم يرد في تحريمه وابطاحته نص صحيح صريح والعلماء اختلفوا في استماع
الغناء بالالحن على وجوه وهى مسألة طويلة الذيل اختلفت فيها الآراء وتباينت الاقوال
5 حتى خصها كثير من المتقدمين بالتصنيف كالقاضى ابى الطيب والعلامة ابى محمد ابن قتيبة
والاستاد ابى منصور البغدادى وعبد الملك بن حبيب المالكى وابى محمد بن حزم والحافظ
ابى عبد الله بن طاهر وآخرين ومن المتأخرين كمال الدين جعفر الادنى وشمس الدين محمد
ابن قيم الجوزية والحافظ عماد الدين ابن كثير وفيه كشف القناع عن مسألة السماع
للطرسوسى ١١٢٩ سميت الوصول ابى علم الاصول مختصر على مقدمة وبابين وخاتمة لحسن
10 الكفاى [البسنوى] الاقتصارى ألفه في حدود سنة الف وتوفى سنة خمس وعشرين والف ثم
شرحه شرحاً مزوجاً لطيفاً اوله الحمد لله الذى هدانا لهذا الذى كنا لنهتدي لولا ان
نصرنا الله ونصرنا المسلمون

amabant, eos vehementer reprehendit. Eandem rem tractant liber *El-Bulghet we El-Icná* de solvenda dubitatione in quaestione de musica, auctore Sheikh *Imád-ed-dín*, et tractatus, quem Sheikh *Cotb-ed-dín Abu'lkheir Mohammed Kheidhari* Shafita, Syriae Mufti [anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus], edidit. Hic nullum dicit de quaestione, utrum musica licita sit an illicita, inveniri textum perfectum et disertum; et viri docti varia statuunt de carminibus diversis rationibus modulate canendis. Haec quoque quaestio magnam disserendi copiam praebet, et diversae sunt de ea
5 opiniones et statuta contraria, ut plures veterum auctorum hanc materiem scriptis peculiaribus tractarent, ut Cadhi *Abu'tayyib*; doctissimus *Abu Mohammed Ibn Coteiba*, magister *Abu Mansúr Baghdádi*, *Abd-el-melik Ben Habib* Malikita, *Abu Mohammed Ben Hazm*, Háfitz *Abu Abdallah Ben Táhir* et alii, et inter recentiores *Kemál-ed-dín Jafar Adfevi*, *Shems-ed-dín Mohammed Ben Cayyim-eljauziyet*, et Háfitz *Imád-ed-dín Ibn Kethir*. De eadem re agit liber *Kashf el-ckinú an me'salet el-simú* a *Tarsúsi* editus. — 7249. Semt el-wosúl ila ilm el-osúl, via ad doctrinam principiorum perveniendi. Compendium in praefationem, duo capita
10 et conclusionem divisum, et ab *Hasan Káfi [Bosnevi] Ac'hisári* circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1091) compositum est. Obiit auctor anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616), postquam commentarium elegantem edidit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui nos ad portam suam libro suo ducit etc. — 7250. El-Simt

التَّمِينِ فِي مَنَاقِبِ أُمَّيَّاتِ الْمُؤْمِنِينَ لِحَبِّ الدِّينِ أَحْمَدَ بْنِ عَبْدِ اللَّهِ الطَّبْرِيِّ الْمُتَوَفَّى سَنَةَ ٩١٤ فِي
 مَجْلَدِ ٧٥١ سَمَطِ الصَّدُورِ وَجَاذِبَةِ النُّورِ لِلشَّيْخِ أَبِي بَكْرٍ مُحَمَّدَ بْنِ عَبْدِ اللَّهِ الْمُوَصَّلِيِّ
 الشَّيْبَانِيِّ ٧٥٢ سَمَطِ الْعُقُودِ فِي مَدْحِ سِرِّ الْوُجُودِ قَصِيدَةً لِأَحْمَدِ الْخَلُوتِيِّ الْمَالِكِيِّ الْمُتَوَفَّى
 سَنَةَ أُولَاهَا

5 وَمِمَّا شَجَّحِي قَلْبِي وَأَسْبَلْ عَيْرِي

تَأَلَّفُ بَرَقَ فِي غَمَامٍ بِأَحْمَدِي

٧٥٣ سَمَطِ الْعُلَى لِلْحَصْرَةِ الْعَلِيَا تَأْرِيخَ كَرْمَانَ فَارَسِي لِنَاصِرِ الدِّينِ الْمُنْشِي الْكِرْمَانِي رُبَيْسِ
 الْكِتَابِ فِي دِيْوَانِ التُّرْكَانِي وَهِيَ السُّلْطَانُ الْمُسَمَّاءُ بِتُرْكَانِ خَاتُونِ حَاكِمَةِ كَرْمَانَ وَمَا وَالِهَا
 الْبُلْدَانَ كَتَبَهُ إِلَى آخِرِ دَوْلَةِ قَرَهْ خَطَّائِي ثُمَّ ذَيْلٌ بِوَقْعَتِهِ مَعَ الْجَوْهَرِيِّ نَائِبِ السُّلْطَانِ أَبِي سَعِيدِ
 مُحَمَّدَ فِي سَنَةِ ٧٥٥ ٧٥٤ سَمَطِ الْفَوَائِدِ فِي الْفِقْهِ فِي ثَلَاثِ مَجْلَدَاتٍ لِأَمِينِ الدِّينِ مَظْفَرِ
 10 مُحَمَّدِ التَّبْرِيزِيِّ الْمُتَوَفَّى سَنَةَ ٩١١ ٧٥٥ سَمَطِ اللَّائِي فِي امْتِصَّاتِ الْمَوَالِي رِسَالَةً جَمَعَهَا أَحْمَدُ الْمُنْشِي

El-Thamín, filum margaritarum pretiosum de virtutibus matrum virorum fidelium, auctore *Mohibb-ed-din Ahmed Ben Abdallah Taberi*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. Volumen. — 7251. Simt el-sodúr we Jádzibet el-núr, lorica pectorum et vis luminis attractoria, auctore *Sheikh Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Mausili Sheibáni*. — 7252. Simt el-ocúd, filum monilium colli de laude arcani existentiae, auctore *Ahmed Khalweli* Malikita, anno ... mortuo. *Casida*, quae ita incipit:

5 Unde cor meum moerore pressum est et lacrymae multae profunduntur,
 Fulgur fulminis est in nubibus vehementer ardentibus.

7253. Simt el-olá, filum celsitudinis margaritis ornatum et majestati regiae summae oblatum. Historia Karamaniae, quam *Núsir-ed-dín Kermáni* secretarius, scribarum in praeses concilio dominae *Turkán*, quae regina, *Turkán Khátún* dicta, princeps fuit femina Karamaniae et provinciarum huic terrae adjacentium, usque ad finem imperii *Carah Khatáyi* composuit et postea continuavit conflietione addita, quam 10 cum *Jauheri*, Sultani *Abu Saíd Mohammed* praefecto, anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) habuit. — 7254. Simt el-fewáid, filum statutorum utilium pretiosum de jurisprudentia. Tria volumina, auctore *Emin-ed-dín Motzaffer Ben Mohammed Tebrízi*, anno 621 (inc. 24. Jan. 1224) mortuo. — 7255. Simt el-leáli, filum margaritarum pretiosum de mandatis judicum. Tractatus, quem *Ahmed Mansúri* secretarius, socius

المنصوري في سنة ١٠٣٧ م لازم المولى اسعد افندي اوله الحمد لله الذي حلّى نحور الادباء
 بشذور الخ ٧٥١ سمع الادب في النحو لابي البركات [عبد الرحمن] ابن الانباري المتوفى
 سنة [٥٧٧] ٧٥٧ سمع الظهير في جمع الظهير فارسي لظهير الدين محمد بن علي الكاتب
 السمرقندي ٧٥٨ سمع الكيان من كتب الطبيعيات لاسكندر الافريديسي وهو لخص فيه
 5 كتاب ارسطو كان في زمن ملوك الطوائف بعد اسكندر بن فيليقوس وهي ثمان مقالات الموجود
 من تفسير المؤلف له المقالة الاولى ونقلها ابو الروح الصابي واصلح هذا النقل يحيى بن
 عدى ونقل المقالة الثالثة منها حنين بن اسحق من اليوناني الى السرياني ونقلها يحيى
 ابن عدى من السرياني الى العربي واما المقالة الرابعة فسرّها في ثلاث مقالات والموجود منها
 المقالة الاولى والثانية وبعض الثالثة ونقل ذلك قسطا بن لوقا والمقالة الخامسة نقلها قسطا
 10 ابن لوقا وترجم السابعة ايضا واما من فسر فجماعة من فلاسفة متفرقين يوجد تفسير
 فرثوريوس للاولى والثانية والثالثة والرابعة فعمل ذلك بسبيل ولابي بشر متى نقل تفسير

Mollae *As'ad Efendi* assiduus, anno 1037 (inc. 2. Sept. 1627) collegit, et ita
 orsus est: Laus Deo, qui jugula humanitatis studiosorum sphaerulis ornavit etc. —
 7256. Sam'o' el-adillet, auditio argumentorum de syntaxi, auctore *Abu'berakát*
 [*Abd-el-rahman*] *Ibn-el-anbári*, anno [577 (inc. 17. Mai. 1181)] mortuo. —
 7257. Sam'o' el-tzahír fi jam'i' El-Tzahír, auditio adjutoris in sylloge
Tzahír-ed-dini, auctore *Tzahír-ed-din Mohammed Ben Ali Samarcandi* Scriba.
 Persice. — 7258. Sam'o' el-kiyán, physica auscultatio, quae ad libros de
 historia physica pertinet et Alexandrum Aphrodisiensem auctorem habet. Potiora
 hic dedit e libro Aristotelis, et regnantibus post Alexandrum Philippi filium variarum 5
 gentium principibus floruit. Sunt octo libri, et qui ex interpretatione auctoris
 invenitur, liber primus est, quem *Abu'lruh Sábi* convertit, et hanc versionem *Yahya*
Ben Adi recognitam edidit. Librum tertium *Honein Ben Is'hac* ex graeco sermone
 in syriacum transtulit, et *Yahya Ben Adi* ex syriaco in arabicum. Librum quartum
 Alexander tribus dissertationibus interpretatus est, quarum prima et secunda et pars
 tertiae exstat; has *Costá Ben Lucá* transtulit. Librum quintum idem *Costá Ben* 10
Lucá convertit, et pariter septimum verbis circumscripsit. Porro plurimi philosophi
 diversi generis opus interpretati sunt; ita certe invenitur interpretatio libri primi,
 secundi, tertii et quarti a Porphyrio edita. Idem fecit *Basilius*. Deinde *Abu Bishr*

ثامسطيوس بالسرياني وفسّر أبو أحمد بن كرنيب بعض المقالة الأولى والرابعة وهو إلى الكلام في الزمان وفسّر ثابت بن قرة بعض المقالة الأولى وترجم ابراهيم بن الصلت الأولى ولائي الفرج قدامة بن جعفر بن قدامة تفسير بعض المقالة الأولى وفسّره بكماله ثامسطيوس على سبيل الجوامع لم يبسط القول فيه وفسّره يحيى النحوي ونقل من الرومي إلى العرقى وهو كتاب كبير في عشر مجلّدات ولابن السمعاني على هذا الكتاب شرح كالجوامع وقد شرحه جماعة 5 بعد ما من الفلاسفة الاسلاميّة وغيرهم ممّن يطول ذكرهم كذا في نوادر الاخبار ٧٥٩ سنديان تامه فارسي لشمس الدين محمد بن علي بن محمد الدخايقى المروردي المتوفى سنة اوله الحمد وثناى مكرمى را كه از جمله شب تار حجره عاشقان بر واجب انج و ترجمه بلغة النوائى افتخار الدين محمد البكرى القزوينى وقيل لظهير الدين محمد بن علي الكاتب القزوينى كتاب موسوم بهذا الاسم ورأيت بخط بعض العلماء أنه للحكيم الأزرقى شاعر من 10 شعراء طوغانشاه ملك نيسابور وهو من جملة مؤلفاته ومنشأته باسمه كذا ذكره البناكيتى في

Matta Themistii interpretationem syriace vertit, et Abu Ahmed Ben Kernib partem libri primi et quarti eamque usque ad caput de tempore interpretatus est. Eodem modo Thábit Ben Corra partem libri primi interpretatus est, et Ibrahim Ben-elsalt librum primum latius et uberius convertit. Abu'lfaraj Codúma Ben Jafar Ben Codúma partem libri primi interpretatus est, totum librum autem Themistius ita, ut argumentum sententiis copiosioribus, at verbis brevioribus comprehenderet. Porro ejus interpretationem Yahya Grammaticus edidit et e graeca lingua in arabicam transtulit, unde magnus liber decem voluminum ortus est, in quem Ibn-elsamh commentarium scripsit ad modum aphorismatum. Post hos plures philosophi Islamici aliique opus commentati sunt, quos recensere nimis longum esset. — Ita quidem in Newádir el-akhbár legitur. — 7259. Sindbád - námeh, liber Sindbádi, auctore Shems - ed - din Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Decáicki Merverúdi, anno ... mortuo. Historia ficta persice scripta, quae ita incipit: Laus et gloria honorando, qui e velo noctis obscurae amantium cellam per etc., et ab Iftikhár - ed - din Mohammed Bekri Caswini in dialectum poetae Newáyi conversa est. Ut alii volunt, Tzahir - ed - din Mohammed Ben Ali Caswini Scriba (Kátib) librum scripsit hoc titulo ornatum, et ab aliquo viro docto manu sua scriptum legi, opus Ezrecki medico et poetae ad aulam Tughánsháhi Nisaburae principis tribuendum esse. Certe, ut Binákíti in Historia testatur, inter hujus opera et scripta elegantia liber tituli ejus-

تأريخه وفيه أن سندباد نامہ للزرقي في المواعظ والنصائح ومن جملة مؤلفاته كتاب الفية
 وشلفية لفتح رجولية هذا الملك ٧٣٠ سندر عولام كتاب لليهود وتفسيره سند العالم الكبير
 ذكروا فيه المدد والتواريخ ٧٣١ سنن ابن ماجه في الحديث وهو ابو عبد الله محمد بن
 [يزيد بن] ماجه القزويني المتوفى سنة ٢٧٣ وهو السادس من الكتب الستة عند البعض وشرح
 5 قطعة منه في خمس مجلدات للحافظ علاء الدين مغلطاي ابن قليج المتوفى سنة ٧١٣ وجمال
 الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ تماماً سماه مصباح الرجاجة على سنن
 ابن ماجه اوله الحمد لله ذي الجلال والاکرام الخ وشرحه الحافظ برهان الدين ابراهيم بن
 محمد الحلبي سبط ابن التجمي المتوفى سنة ٨٤١ وشرحه الشيخ كمال الدين محمد بن
 موسى الدميري الشافعي مات سنة ٨٨٨ في نحو خمس مجلدات وسماه الديباجة مات قبل
 10 تحريره وشرح الشيخ سراج الدين عمر بن علي ابن الملحن الشافعي المتوفى سنة ٨٠٤ زوائد
 على الخمسة اعني الصحاحين وابي داود والترمذي والنسائي في ثمان مجلدات وسماه ما تمس

modi numeratur. *Sindbād-nāmeḥ* ab *Ezreki* compositum continere dicit paraenetica
 et bona consilia. In ejusdem scriptis liber *Alfiyet* et *Shelfiyet* invenitur, quem ad
 virilitatem illius principis juvandam composuit. — 7260. *Sandar ulām* i. e. custos
 mundi. Liber Judaeorum, qui arabice refugium mundi magnum significat. Comme-
 morantur ibi numeri et aerae. — 7261. *Sonen Ibn Mājeh*, dicta factaque
 Mohammedis. Codex traditionum sextus, ut nonnulli statuunt, quem *Abu Abdallah*
Mohammed [Ben Yezid] Cazwini, vulgo *Ibn Mājeh* dictus et anno 273 (inc. 8. Jun.
 886) mortuus, collegit. Partem ejus quinque voluminibus commentatus est *Hāfitz* 5
Alā-ed-din Maghletāi Ibn Ckiliḡ, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, totum
 autem *Jelāl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyūti*, anno 911 (inc.
 4. Jun. 1505) mortuus, in libro *Misbāḡ el-zojājet ala Sonen Ibn Mājeh*, qui
 ita incipit: Laus Deo majestate et generositate praedito etc. Commentarios porro
 ediderunt *Hāfitz Borhān-ed-din Ibrahīm Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Sibt Ibn-*
elajemi dictus et anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) mortuus — *Sheikh Kemāl-ed-din*
Mohammed Ben Musa Demiri Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, cujus
 liber *Dibājet* inscriptus quinque circiter volumina complectitur; auctor vero obiit,
 antequam eum rescripserat — *Sheikh Sirāj-ed-din Omar Ben Ali Ibn-elmolacchin* 10
 Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, qui additamenta codicis ad quinque
 cetera traditionum corpora canonica, utrumque *Sahih*, *Abu Dawudi*, *Tirmidzi* et
Nesāyi octo voluminibus explicuit, et librum, cujus compositionem mense Dzi'lca'det

اليه الحاجة على سنن ابن ماجه والحف في خطبته بيان من واتقده من باقى الائمة الستة
 مع ضبط المشكل في الاسماء والكنى وما يحتاج اليه من الغرائب مما لم يوافق الباقيين ابتداءه
 في نى القعدة سنة ثمانمائة وشرحه الشيخ ابو الحسن السندى بن عبد الهادى المدنى
 المتوفى سنة ١١٣٩ وهو شرح لطيف بالقول وشرغ في الشوال من التى تليها ٧٣١ سنن ابن
 حبان الحافظ ورتبه على بن بلبان الفارسى ترتيباً حسناً وتوفى سنة ٧٣٩ ٧٣٣ سنن ابى 5
 داود سليمان ابن اشعث السجستانى المتوفى سنة ٢٧٥ قال كتبت عن رسول الله صلى الله عليه
 وسلم خمسمائة الف حديث انتخبت ما ضمنته وجمعت في كتابى هذا اربعة آلاف حديث
 وثمانية احاديث في الصحيح وما يشبهه ويقاربه ويكفى الانسان لدينه من ذلك اربعة
 احاديث احدها انما الاعمال بالنيات والثانى من حسن اسلام المرء تركه ما لا يعنيه
 والثالث لا يكون المؤمن مؤمناً حتى يرضى لاخيه ما يرضاه لنفسه والرابع الحلال بين 10
 والحرام بين وبين ذلك مشتبهات كذا في مفاتيح الدجا شرح المصابيح قل ابن السبكي في طبقاته

anni 800 (inc. 24. Sept. 1397) inceptit, *Ma tamoss ileihi el-hâjet ala Sonen Ibn Mâjeh*
 inscripsit. In praefatione ceteros inter Imamos sex accuratius describit, qui cum
 eo consentiunt, orthographia nominum et cognominum difficiliore rebusque singularibus
 additis, quibus opus est ex iis, quae cum ceteris non consentiunt. — denique Sheikh
Abu'lhasan Sindi Ben Abd-el-hâdi Medeni, anno 1139 (inc. 18. Aug. 1726) mortuus,
 cujus commentarius elegans ea textus verba tantum adjecta habet, quae explicat,
 et mense Shewwâl anni mortem auctoris praecedentis absolutus est. — 7262. Sonen
 5 *Ibn Habbân*, traditionum corpus ab Hâfiz *Ibn Habbân* collectum, quod *Ali*
Ben Bolbân Fârisi, anno 739 (inc. 20. Jul. 1338) mortuus, egregie disposuit. —
 7263. Sonen *Abi Dawud*, traditionum corpus, ab *Abu Dawoud Soleimân Ibn*
Ashath Sejestâni, anno 275 (inc. 16. Mai. 888) mortuo, collectum. Scripsi, ait,
 quingenta millia traditionum a propheta acceptarum; ex iis selegi potiora, quae
 comprehendi, et in hoc meo libro quatuor millia et octo traditiones congressi, quas
 probas duxi, vel quae his similes sunt vel propius ad eas accedunt; ex his tamen
 quatuor homini religioso sufficiunt. *Prima* haec est: Facta tantum ex animi consiliis
 cernuntur — *secunda*: Bonum rectae viri fidei signum est ea mittere, quae ei non
 10 curae sunt — *tertia*: Fidelis non est fidelis, donec benevole fratri concedit, quod
 sibi ipsi concedit — *quarta*: Quod licitum est, liquet, itemque quod illicitum est, et
 inter utrumque res dubiae sunt. Ita in *Mefâtih el-dojâ* legitur, qui commentarius operis
Mesâbih est. *Ibn-elsobki* in suis *Tabacât*: Haec sylloge, inquit, in codicibus fidei

وهى من دواوين الاسلام والفقهاء لا يتحاشون من اطلاق لفظ الصحيح عليه وعلى سنن
 الترمذى لا سيما سنن ابى داود انتهى وقد اختصره زكى الدين عبد العظيم بن عبد
 القوى الحافظ المنذرى المتوفى سنة ٦٥٦ وسماه المجتبى ولف السيوطى عليه كتابا سماه زهر
 الربى على المجتبى وله عليها حاشية ايضا وحذب محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيم للجوزية
 5 الحنبلى توفى سنة ٧٥١ وشرحه ابو سليمان حمد بن ابراهيم الخطاى وسماه معالم السنن توفى
 سنة ٣٨٨ اوله الحمد لله الذى هدانا لدينه واكرمنا بسنة نبيه صلعم الخ لخصه الحافظ
 شهاب الدين ابو محمود احمد بن محمد بن ابراهيم المقدسى مات سنة ٧٥٥ وسماه عجالة
 العالم من كتاب المعالم وشرحه السيوطى ايضا وسماه مرقات الصعود الى سنن ابى داود وشرح
 للشيخ سراج الدين عمر بن على ابن الملحق الشافعى مات سنة ٨٠٤ وؤانده على الصححين فى
 10 مجلدين وولى الدين العراقى والشيخ شهاب الدين احمد بن الحسين الرملى القدسى الشافعى المتوفى
 سنة ٨٤٤ وشرحه قطب الدين ابو بكر بن احمد بن دعين اليمى الشافعى المتوفى سنة ٩٥٤

islamicae est, et jurisperiti non abstinent, eas probas (*Sahih*) non minus in
 universum appellare quam syllogen *Tirmidzî Sonen* inscriptam, praecipue autem
Sonen Abu Dawudi. Haec ille. — Hujus librum *Hâfitz Zekî-ed-dîn Abd-el-atzim*
Ben Abd-el-cawi Mondziri, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, in epitomen
 coegit *Mujtebâ* nominatam, ad quam *Soyûti* librum scripsit *Zahr el-robâ ala*
El-Mujtebâ appellatum. Idem glossas edidit, et *Mohammed Ben Abi Bekr* Hanbalita,
 vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dictus et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuus, eam 5
 recognovit et correxit. Commentarios in *El-Sonen* scripserunt *Abu Soleimân Hamd*
Ben Ibrahim Khattâbi, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuus, cujus commentarius
Meâlim El-Sonen inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, qui nos ad religionem
 suam duxit et Sunna prophetae sui honoravit etc. Potiora hujus commentarii
 excerpit *Hâfitz Shehâb-ed-dîn Abu Mahmûd Ahmed Ben Mohammed Ben Ibrahim*
Mocaddesi, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, epitomenque *Ijâlet el-atim min*
kitâb El-Meâlim nominavit — *Soyûti*, qui commentarium *Mircât el-soûd ila Sonen*
Abi Dawud inscripsit — *Sheikh Sirâj-ed-dîn Omar Ben Ali Ibn-elmolacchin*
 Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, qui additamenta ejus ad utrumque
Sahih duobus voluminibus explicuit, pariterque *Welî-ed-dîn Irâcki* et *Sheikh* 10
Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben-elhosein Ramli Codsî Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun.
 1440) mortuus. — Porro *Sonen Abu Dawudî* commentati sunt *Cotb-ed-dîn Abu*
Bekr Ben Ahmed Ben Dain Yemeni Shafiita, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254)

في اربع مجلّدات كبار وشرح ابو زرعة احمد بن عبد الرحيم العرافى مات سنة ٨٦١ كتب
 منه سبع مجلّدات الى اثناء سجد السيو واطال فيه وشرح الحافظ علاء الدين مغلطاى
 ابن فليح مات سنة ٧١٣ ولم يكمله وشرح لفظاى وسماه معالم السنن ذكر في شرحه للبخارى
 كان معظم القصد من ابي داود فيه جمع بيان السنن والاحاديث الفقيية ولابن قيم للجوزية
 شرح مختصر السنن المذكورة ذكر ان الحافظ زكى الدين المنذرى قد احسن في اختصاره 5
 فيدبته نحو ما حذب هو به الاصل وزدت عليه من انكلام على علل سكت عنها ان لم
 يكملها وتصحيح احاديث والكلام على متون مشكلة لم يفتح معطائا وبسط الكلام على
 مواضع لعل الناظر لا يجدها في كتاب سواه قال في رسالته التي ارسلها الى من سألته عن
 اصطلاحه في كتابه ذكرت فيه الصحيح وما يشبهه ويقاربه وما فيه وعن شديد بينته وما لا
 يقيم منه فصالح وبعضها اصح من بعض انتهى واشتمل هذا الكلام على خمسة انواع الاول 10

mortuus, cujus commentarius quatuor volumina magna continet — *Abu Zar'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Irúcki*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, qui septem tantum volumina sui commentarii, ubi uberius disputavit et fusius, scripsit usque ad caput medium de negligentia in adoratione *Sojúd* commissa — *Háfítz Allá-ed-dín Maghletái Ben Chlíj*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, qui commentarium non absolvit — *Khattábi*, qui commentarium *Meálím El-Sonen* inscripsit, et in commentario ad *Bokhári*: *Abu Dawud*, inquit, studuit praecipue facta et traditiones 5 propheticas colligere, quae jurisprudentiam spectant. *Ibn Cayyim-eljauziyet* commentarium epitomae libri *Sonen* laudati edidit, et: *Zeki-ed-din Mondziri*, inquit, egregie versatus est in sua epitome, quam ego correxi, sicuti ille archetypum correxerat, iisque quae dixerat nova de affectionibus traditionum addidi, quas tacuerat, cum eas non absolvisset, et correctio traditionum et dissertatio de textibus difficilioribus neglectas non aperiret, at longius de locis disputavit, quos lector vix in alio libro praeter hunc inveniet. In literis, quas ad quendam misit, qui eum de terminologia verborum, qua in libro usus esset, rogaverat: Distinxi ibi, inquit, traditiones *Sahih* i. e. probas, et quae his similes sunt, et proxime ad eas accedunt, et in quibus debilitas fortior apparet, quam bene demonstravi, et quae inter eas non intelliguntur, 10 et tamen ad argumentandum aptae sunt, aliae autem aliis probiores esse possunt. — Haec ille. — Haec verba quinque genera comprehendunt, quorum primo traditiones

الصحيح ويجوز أن يريد به الصحيح لذاته والثاني شبهه ويمكن أن يريد به الصحيح لغيره
 والثالث يقاربه ويحتمل أن يريد به الحسن لذاته والرابع الذي فيه وعن شديد وقوله وما
 لا يفهم منه الذي فيه وعن ليس بشديد فهو قسم خامس فإن لم يعتصد كان صالحًا
 للاعتبار فقط وإن اعتصد صار حسنًا لغيره أي ثابته المجموعة وصلاح للاحتجاج وكان قسمًا
 5 سادسًا انتهى من حاشية البقاعي على شرح اللفيفة قال ابن كثير في مختصر علوم الحديث
 أن الروايات لسنتين إلى داود كثيرة يوجد في بعضها ما ليس في الأخرى وشرحه شهاب الدين
 أبو محمد أحمد بن محمد بن إبراهيم بن هلال المقدسي من أصحاب المزي مات بالقدس
 سنة ٧١٥ وسماه انتقاء السنن واقتفاء السنن أوله الحمد لله الذي أرسل رسوله بالهدى الخ
 وشرح قطعة منها العلامة بدر الدين محمود بن أحمد العيني الحنفى مات سنة ٨٥٥ [وشرحه
 10 أبو الحسن السندی المذكور آنفًا في سنن ابن ماجه وهو شرح لطيف بالقول] ٧٢٤ سنن إلى

probae (*sahih*) continentur, quibus fortasse eas significat, quae per se probae et
 sanae sunt, secundo eae, quae illis similes sunt, quibus eas significare potest, quae
 ob alias causas probas esse vult; tertium eas comprehendit, quae ad illas proxime
 accedunt, et fortasse his eas significat, quae per se probabiles sunt, quartum eas,
 quibus debilitas major inest, et quas dicit non intelligi ex iis, quibus debilitas major
 non inest, hae quintam classem constituunt, ut, si non fulciantur, tantummodo ob
 fiduciam in iis ponendam ad argumentandum aptae sint, et si fulciantur, probabiles
 sint propter aliam causam i. e. propter habitum seriei relatorum compositum, quorum
 relatio proba esse potest, et non proba, et aptae ad argumentandum, et hae sextam 5
 efficiunt classem. — Haec petita sunt e glossis *Becûi* ad commentarium *Alfiyae*.
Ibn Kethîr in epitome operis *Olûm el-hadith* multas *Sonen Abu Dawud* habere
 dicit relationes, in quarum aliis inveniatur, quod in aliis non sit — deinde *Shehûb-*
ed-din Abu Mohammed Ahmed Ben Mohammed Ben Ibrâhim Ben Hilâl Mocaddesi
Mizzî discipulus, Hierosolymis anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, cujus
 commentarius *Intihû el-senen ve Ictifû el-sonen* inscriptus est et ita incipit: Laus
 Deo, qui legatum suum cum recta religione misit etc. Partem traditionum commentatus
 est vir doctissimus *Bedr-ed-din Mahmûd Ben Ahmed Aini* Hanefita, anno 855
 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, [et in totum opus denique commentarium elegantem,
 qui exposita textus verba tantum adjecta habet, *Abu'hasan Sindî* edidit supra in 10
Sonen Ibn Mâjeh commemoratus]. — 7264. *Sonen Abi Corra*, corpus traditionum

قَرَّة ٧٢٥ سنن ابي مسلم الكبيتي ٧٢١ سنن الصحاح المأثورة للحافظ ابي علي سعيد بن عثمان بن السكن مات سنة [٣٥٣] ٧٢٧ سنن الصوفية لعبد الرحمن السلمى في كيفية احوال مشايخ الصوفية ذكره صاحب فتاوى الصوفية ٧٢٨ سنن الكبير للنسائي وهو ابو عبد الرحمن احمد بن شعيب النسائي الحافظ المتوفى سنة ٣٠٣ روى ان بعض الامراء سئل عنه اكله فحجج فقال لا فقال فاكتب لنا الصحيح مجردا فلخص السنن الصغير منها وترك كل حديث اورده في الكبير مما تكلم في اسناده بالتعليل وسماه اجتنبى وهو احد اكتب السنة وانا اطلق اجل الحديث على ان النسائي روى حديثا فانما يريدون اجتنبى قال ابو علي الحافظ للنسائي شرط في الرجال اشد من شرط مسلم وشرح الشيخ السراج عمر بن علي ابن الملقن الشافعي زوائد على الاربعة اعنى الصحيحين واني داود والترمذى في مجلد ومات سنة ٤٠٤ وعلى السنن تعليقة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطى مات سنة ١١٠

- ab *Abu Corra* collectum. — 7265. *Sonen Abi Moslim*, corpus traditionum ab *Abu Moslim Kiti* collectum. — 7266. *Sonen el-siháh el-mathúret*, corpus traditionum probarum et usu receptarum, auctore Háfitz *Abu Ali Saïd Ben Othmán Ben-elseken*, anno [353 (inc. 19. Jan. 964)] mortuo. — 7267. *Sonen El-Sufíyet*, regulae Suforum, auctore *Abd-el-rahman Sollemi*. Agit opus de ratione, qua Sheikhi Suforum se gerere debent, et ab auctore libri *Fetáwi El-Sufiyet* commemoratur. — 7268. *Sonen el-kebír*, corpus traditionum majus, ab Háfitz *Abu Abd-el-rahman Ahmed Ben Shóeib*, vulgo *Senáyí* dicto et anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuo, collectum. Emirorum aliquis ex eo quaesvisse traditur, num omnes traditiones probae essent. — Non omnes, respondit. — Scribe nobis, inquit, probas separatim. — Hac re motus codicem traditionum minorem inde excerpsit, et omnes traditiones praetermisit, quas in majori protulerat inter eas, de quarum auctoritate ita disseruit, ut infirmitatem non excluderet. Hanc epitomen, quae in sex canonicis traditionum corporibus numeratur, *Mujtebá* appellavit, et quando traditionarii aliquam traditionem a *Nesáyí* prolatam esse in universum dicunt, nullum aliud opus significant, quam *Mujtebá*. El-Háfitz *Abu Ali*: Severiorem, ait, legem *Nesáyí* sibi imposuit in relatoribus admittendis quam *Moslim*, et Sheikh *Siráj-ed-din Omar Ben Ali Ibn-elmolacchin* Shafíta, qui anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) obiit, additamenta ejus ad quatuor canonica traditionum corpora, utrumque *Sahih*, *Abu Dawudi* et *Tirmidzî* scripta, volumine commentatus est. Adnotationem ad *El-Sonen Jelúl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, edidit

اولها الحمد لله الذى لا تحصى منته الح والشيخ ابن الحسن السندى ايضا تعليقة بالقول
لكنها ابسط من تعليقة السيوطى انتبى كان الحاكم والخطيب يقولان فى كتاب السنن
للنسائى انه صحيح وان له شرفا فى الرجال اشد من شرط مسلم لكن قولهما غير مسلم قال
البقاعى فى شرح الالفية وعن ابن كثير ان فى النسائى رجالا مجتولين اما عيننا او حالاً وفيهم
5 المجرور وفيه احاديث ضعيفة ومعللة ومنكرة ٧٩١ السنن الكبير والصغير كتابان لاني بكر
احمد بن الحسين بن على الخسروجردى البيهقى المتوفى سنة ٢٥٠ عن ٧٢ وهو على ترتيب
مختصر المزنى لم يصنف فى الاسلام مثله روى عنه ابو القاسم زاعر بن ضاهر بن محمد الشحاني
وغيره وصنف الشيخ علاء الدين على بن عثمان المعروف بابن التركمانى الحنفى المتوفى
سنة ٧٠٠ كتاباً سماه الجواهر النقى فى الرد على البيهقى فى سفر كبير اوله الحمد لله رب
10 العالمين والعاية للمتقين الح فر قال فيه فوائد علقها على سنن البيهقى الكبيرة اشرها

et ita orsus est: Laus Deo, cujus gratia immensa est etc. Idem fecit Sheikh
Abu'lhasan Sindi, ita tamen, ut verba textus exposita adderet et longior esset,
quam *Soyuti* in sua adnotatione. — Haec ille. — *Hakim* et *Khatib* librum *Sonen*
a *Nesayi* editum probum esse et illum sibi legem severiorem in relatoribus admittendis
imposuisse dicunt, quam ea esset, quam *Moslim* sibi imposuisset, attamen, ut *Becaf*
in Commentario in *Alfiyam* dicit, horum verba non ita rata sunt; et *Ibn Kethir*:
Nesayi, inquit, relatores secutus est nominatos quidem, at ex quorum auctoritate
certiore unus tantum relator retulit, aut ex quorum auctoritate dubia duo vel plures
relatores retulerunt, inter quos reprobatione digni sunt, inque traditionibus infirmae, 5
male affectae et propter unicam auctoritatem dubiam rejiciendae. — 7269. El-Sonen
El-Kebir we El-Saghir, corpora traditionum majus et minus. Uterque liber
Abu Bekrum Ahmed Ben-elhosein Ben Ali Khosrewjirdi Beihacki auctorem habet, qui
septuaginta quatuor annos natus anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) obiit, et ordinem in
Epitome *Mozeni* servatum secutus est; neque in libris islamicis similes illis compositi
sunt. *Beihacki* auctoritate *Abu'lcasim Zahir Ben Tahir Ben Mohammed Shehhabi* alique
retulerunt, et Sheikh *Ala-ed-din Ali Ben Othman Hanefita*, vulgo *Ibn-elturkemani*
dictus et anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, volumen magnum composuit,
El-Jauher El-Necké fi el-radd ala El-Beihacki inscriptum, quod ita incipit: Laus
Deo mundorum domino et bonus finis Deum timentibus etc. — Tum: Hae adnota- 10
tiones, ait, sunt utiles, quas ad corpus traditionum *Beihacki* majus composui, et

اعتراضات عليه ومباحثات معه ثمّ لخصه زين الدين قاسم ابن قطلوبغا انكسفى [المتوفى سنة ٨٧٩] وسماه ترصيع الجواهر النقى ورتبه على ترتيب حروف المعجم وصل فيه الى حرف الميم ٧٧٠ سنن الحافظ سعيد بن منصور الخراسانى المتوفى سنة [٣٣٧] والامام ابى بكر محمد بن يحيى الهمداني الشافعى المتوفى سنة ٣٤٧ [قال شيرويه كان سنّته لم يسبق الى مثله] والحافظ احمد بن محمد بن على الهمداني المعروف بابن لال الشافعى المتوفى سنة ٣٦٨ 5 والنقضى يوسف بن يعقوب البغدادي المتوفى سنة ٣٧٠ ولاى مسلم ابراهيم بن عبد الله بن مسلم الكنجى البصرى المتوفى سنة ٣٧٢ ولاى بكر احمد بن محمد بن حبان الاثرم ولابن الشجاع ولاى قرة موسى بن طارق ذكره البقاعى فى حاشية الالفية ٧٨١ سنن الترمذى مرّ فى الميم ويقال لينا الجامع الصحيح ايضا ٧٨٢ سنن الدارقطنى للامام الحجة ابى الحسن على بن عمر انشبير بالحافظ البغدادي المتوفى سنة ٣٨٥ ٧٨٣ سنن الدارمى وهو الامام الحافظ عبد الله بن 10

maxima earum pars in reprobandis iis versatur, quae dixit, et in disputationibus cum eo institutis. Postea libri meliora *Zein-ed-din Cusim Ibn Colluboghá* Hanefita, [anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus,] excerptis in epitome *Tersi' El-Jauher El-Necki* inscripta, ubi ordinem literarum alphabeticum secutus est et ad literam *Mim* pervenit. — 7270. *Sonen El-Háfiz Saíd*, corpora traditionum collecta ab *Háfiz Saíd Ben Mansúr Khorasúni*, anno [227 (inc. 21. Oct. 841)] mortuo — *Imamo Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Hemdáni* Shafiita, anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuo, [cujus *Sonnet* teste *Shirnye* simile non habet] — *Háfiz Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Hemdáni* Shafiita, vulgo *Ibn Lál* dicto et anno 398 (inc. 17. Sept. 1007) mortuo — *Cádhi Yusuf Ben Yacúb Baghdádi*, anno 297 (inc. 20. Sept. 909) mortuo — *Abu Mostim Ibráhim Ben Abdallah Ben Moslim Keji Basri*, anno 292 (inc. 13. Nov. 904) mortuo — *Abu Bekr Ahmed Ben Mohammed Ben Háni El-Ethrem* — *Ibn-elshojá* — et *Abu Corra Musa Ben Táric*. — Ita in glossis ad *Alfiyam* a *Becál* editis traditur. — 7271. *Sonen El-Tirmidzi*, corpus traditionum a *Tirmidzi* collectum, de quo supra in litera *Jim* videndum, nam inscribitur etiam *El-Jámi' El-Sahih*. — 7272. *Sonen El-Dáracotni*, corpus 10 traditionum, auctore *Imám Hojjet-ed-din Abu'lhasan Ali Ben Omar Dáracotni*, vulgo *El-Háfiz El-Baghdádi* dicto et anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuo. — 7273. *Sonen El-Dárimi*, corpus traditionum, auctore *Imám* et *Háfiz Abdallah Ben Abd-el-*

عبد الرحمن الدارمي المتوفى سنة ٢٥٥ ٧٧٤ السنن الموجودة قبل الصحاحين منها ٧٧٥ السنن
 لابن جريج ٧٧٦ السنن لابن اسحق غير السير ٧٧٧، والسنن لابي قرة وهو الخافظ موسى
 ابن ضارث الزبيدي ومصنف عبد الرزاق بن حنبل الصغاني المتوفى سنة ٢١١ وغيرهما كذا ذكره
 صاحب النكت الوفية ٧٧٨ السواد الاعظم في الكلام [مؤلف لطيف] مختصر مبني على
 5 اثنتين وستين مسألة لابي القاسم اسحق بن محمد القاسمي الحنفي المعروف بالحكيم السمرقندي
 المتوفى سنة ٣٢٣ ٧٧٦ سوانح الانبياء في التفسير تأليف الفاضل ابي القيس اليندي المتخلص
 بغيضي وهو كتاب منفرود بين التفاسير لانه فسر الآيات بكلمات حروفها مهيئة كلها من اوله
 الى آخر القرآن الكريم في سورة الاخلاص ولما تم وجد مير صدر الدين المعما الى آخره تأريخا
 له وهو سنة اثنتين والف وله في تأريخه صد شكر كه تفسير من از علم يقين بنمود جمال
 10 ومتختمش شد اين در دوشنبه عاشر ربيع الثاني از سال عرب شمار الف والفين ٧٨٠ سوانح

